zonamiento el suyo? Y no solo se puso á la disposicion del pueblo, sino tambien á la del senado, y de las tropas, y armas de la república; y no solamente se entregó á estas, sino tambien en poder de aquel, á quien el senado habia fiado toda la república, toda la juventud de la Italia, y todas las armas del pueblo romano: al cual ciertamente nunca se hubiera entregado, si no tuviese confianza en la bondad de su causa: particularmente oyendo Pompeyo todo lo que se decia, teniendo grandes temores, sospechando muchas cosas, y creyendo algunas. Grande es, jueces, la fuerza de la conciencia, y grande, así para uno, como para otro, así para que no teman los que no han delinquido, como para que piensen los que son delincuentes, que siempre los anda delante de los ojos la pena de su delito.

Y no sin justo motivo aprobó siempre el senado la causa de Milon: porque como hombres tan sabios veian la razon del hecho, la presencia de ánimo, y la constancia en la defensa. Pues ¿qué estais olvidados, jueces, de las opiniones y conversaciones, que pasaban recien llegada la noticia de la muerte de Clodio, no solo entre los enemigos de Milon, sino tambien entre algunos ignorantes? Decian que no volveria á Roma. Porque,
si

cito fecisset, ut incensus odio trucidaret inimicum; arbitrabantur, eum tanti mortem P. Clodii putasse, ut æquo animo patriâ careret, cùm sanguine inimici explesset odium suum: sive etiam illius morte patriam liberare voluisset, non dubitaturum fortem virum, quin, cùm suo periculo salutem reipublicæ attulisset, cederet æquo animo legibus, secum auferret gloriam sempiternam, nobis hæc fruenda relinqueret, quæ ipse servasset. Multi etiam Catilinam, atque illa portenta loquebantur: erumpet, occupabit aliquem locum, bellum patriæ faciet. Miseros interdum cives optimè de republica meritos! in quibus homines non modò res præclarissimas obliviscuntur, sed etiam nefarias suspicantur. Ergo illa falsa fuerunt, quæ certè vera extitissent, si Milo admisisset aliquid, quod non posset honestè, verèque defendere.

24 ; Quid, quæ postea sunt in eum congesta? quæ quemvis etiam mediocrium delictorum conscientia perculissent, ut

si la ira y la cólera, le habian inducido á despedazar encendido en odio á su enemigo; les parecia á ellos que él habia tenido en tanto la muerte de P. Clodio, que tendria á bien el carecer de la patria, habiendo saciado su odio con la sangre del enemigo: y, caso que con su muerte hubiese querido libertar la patria, juzgaban que no dudaria el varon esforzado ceder con buen ánimo á las leyes despues de haber dado la salud al Estado con su riesgo, llevarse consigo una gloria inmortal, y dejarnos á nosotros que gozásemos de esto, que él nos habia conservado. Muchos tambien traian en boca á Catilina, y aquellas monstruosidades: saldrá, decian, tomará algun puesto ventajoso, y hará guerra á su patria. ¡Ó y qué dignos de lástima son algunas veces los ciudadanos, que mas bien han servido á la república! en los cuales no solo olvidan los hombres sus esclarecidísimos servicios, sino aun tambien sospechan los mas perversos designios. En fin todo aquello salió falso, y sin duda hubiera salido cierto, si Milon hubiese hecho cosa, que no pudiese defender honesta y rectamente.

24 ¡Y qué diremos de tanto como despues se amontonó contra él? achacándole cosas, que á cualquiera hubieran derribado
por

sustinuit, ;dii immortales! ;sustinuit? ;im-
 mò verò ut contempsit, ac pro nihilo pu-
 tavit? quæ neque maximo animo nocens,
 neque innocens, nisi fortissimus vir, ne-
 gligere potuisset. Scutorum, gladiatorum,
 frænorum, sparorum, pilorumque etiam
 multitudo deprehendi posse indicabatur.
 Nullum in urbe vicum, nullum angipor-
 tum esse dicebant, in quo Miloni non es-
 set conducta domus: arma in villam Ocri-
 culanam devecta Tiberi: domus in clivo
 Capitolino scutis referta: plena omnia mal-
 leolorum ad urbis incendia comparatorum.
 Hæc non delata solùm, sed penè credi-
 ta: nec ante repudiata sunt, quàm quæ-
 sita.

Laudabam equidem incredibilem di-
 ligentiam Cn. Pompeii: sed dicam, ut
 sentio, Judices; nimis multa audire co-
 guntur, neque aliter facere possunt ii,
 quibus tota est commissa respublica. Quin
 etiam audiendus sit popa Licinius, nes-
 cio-

por tierra, con solo que le remordiera la conciencia aun de medianos delitos, ¡cómo lo sufrió todo, dioses inmortales! ¡cómo lo sufrió? mejor diria ¡cómo lo despreció, y no hizo caso ninguno de ello! siendo cosas, que no hubiera podido despreciar, ni un culpado del mayor ánimo, ni aun un inocente, no siendo al mismo tiempo hombre del mayor esfuerzo. Dábase á entender que se le podría encontrar mucha cantidad de escudos, espadas, frenos, lanzas (15) cortas y largas. No habia ningun barrio en la ciudad, segun decian, ninguna callejuela sin salida, en que no tuviese Milon casa alquilada: decíase que por el Tiber se habian llevado armas á la granja Ocriculana: que una casa en la cuesta Capitolina estaba llena de escudos: que todo estaba lleno de manojos prevenidos para poner fuego á la ciudad. Todas estas cosas se contaron, y no solo se contaron, sino que casi se creyeron: y no se despreciaron hasta despues de averiguadas.

Yo sí alababa la diligencia de Cn. Pompeyo: pero os diré, jueces, lo que siento: los que tienen á su cargo todo el Estado, se ven en la precision de oir muchas cosas y no pueden menos de hacerlo así. Y aun es menester tambien oir á un tal Licinio de

cio quis, de circo maximo: servos Milonis apud se ebrios factos sibi confesos esse de interficiendo Cn. Pompeio conjurasse: deinde postea se gladio percussum esse ab uno de illis, ne indicaret. Pompeio in hortos nuntiavit. Arcessor in primis. De amicorum sententia rem defert ad senatum. Non poteram in illius mei, patriæque custodis tanta suspitione non metu exanimari; sed mirabar tamen credi popæ: ebriorum confessionem servorum audiri: vulnus in latere, quod acus punctum videretur, pro ictu gladiatoris probari. Verum, ut intelligo, cavebat magis Pompeius, quam timebat, non ea solùm, quæ timenda erant, sed omnino omnia, ne aliquid vos timeretis. Oppugnata domus C. Cæsaris, clarissimi & fortissimi viri, per multas noctis horas nuntiabatur: nemo audierat: tam celebri loco nemo senserat. Tamen audiebatur. Non poteram Cn. Pompeium præstantissima virtute civem timidum suspicari: diligentiam, tota republica susceptâ, nimiam nullam putabam. Frequentissimo senatu nuper in Capitolio senator inventus est, qui Milonem cum telo esse diceret. Nudavit se in sanctissimo templo; quo-

los que matan las reses en los sacrificios, de esos del circo máximo, que cuenta que los esclavos de Milon, habiéndose emborrachado en su casa, le habian confesado que se habian conjurado para matar á Cn. Pompeyo: y que despues uno de ellos le habia herido con la espada para que no le descubriese. Fuéselo á contar á Pompeyo al jardin: soy llamado entre los primeros: y de parecer de sus amigos da parte Pompeyo al senado. No podia menos de quedar sin alientos á vista de una sospecha, como esta, en aquel defensor mio, y de la patria; pero sin embargo estrañaba que se creyese á un matador de reses, y se diese oidos á la confesion de unos esclavos borrachos, y que una herida en un lado, que parecia picadura de una aguja, pasase por herida de un gladiator. Mas á la verdad, segun yo entiendo, Pompeyo mas precavia, que temia, no solo lo que era de temer, sino cuanto habia que precaver en todas maneras, para que no tuvieseis vosotros nada que temer. Contábase que habian estado combatiendo muchas horas de la noche la casa del muy esclarecido, y esforzado C. Cesar: nadie habia oido el ruido: nadie, siendo el lugar de tanta concurrencia, lo habia sentido: sin embargo se daba oidos á la especie. Yo no podia tener por

quoniam vita talis & civis & viri fidem non faciebat, nisi, eo tacente, res ipsa loqueretur.

25 Omnia falsa, atque insidiosè ficta comperta sunt. Quòd si tamen metuitur etiam nunc Milo, non hoc jam Clodianum crimen timemus, sed tuas, Cn. Pompei, (te enim appello ea voce, ut me audire possis) tuas, tuas, inquam, suspiciones perhorrescimus. Si Milonem times, si hunc de tua vita nefariè aut nunc cogitare, aut molitum aliquando aliquid putas, si Italiæ delectus, ut nonnulli conquisitores tui dictitant, si hæc arma, si Capitoliæ cohortes, si excubiæ, si vigiliæ, si delecta Juventus, quæ tuum corpus domumque custodit, contra Milonis impetum armata est, atque illa omnia in hunc unum instituta, parata, intenta sunt: magna in hoc certè vis, & incredibilis animus, & non unius viri vires, atque opes

tímido á Cn. Pompeyo, ciudadano del mayor valor: ninguna diligencia tenia por demas, en quien estaba encargado de toda la república. En una junta numerosísima del senado, que se celebró poco ha en el Capitolio, se halló un senador, que decia que Milon tenia un puñal. Se desnudó en el templo mas sagrado; ya que la vida de tal ciudadano, y de tal sugeto, no bastaba á hacer creer sus palabras, si la misma cosa por sí, callando él, no lo decia.

25 Todo se halló falso, y fingido con maligna intencion. Por lo qual, si aun ahora se teme á Milon, no ya tememos este delito de la muerte de Clodio, temblamos sí de tus sospechas, ó Cn. Pompeyo, (pues á tí apelo en voz que me puedes oir) tus sospechas, digo, nos dan pavor. Si temes á Milon, si entiendes que él ó tiene ahora el malvado designio de quitarte la vida, ó ha maquinado algo alguna vez contra ella, si la leva de la Italia, segun dicen algunos de tus comisarios, (16) si estas armas, si las compañías puestas en el Capitolio, si las guardias de dia y de noche, si la juventud escogida, que escolta tu persona, y hace la guardia en tu casa, ha sido puesta en armas contra la invasion de Milon, y si todas estas cosas se han dispuesto, prevenido, y dirigido contra este solo: por
cier-

opes indicantur, si quidem in hunc unum
& præstantissimus dux electus, & tota
respublica armata est.

Sed, quis non intelligit, omnes tibi
reipublicæ partes ægras & labantes, ut
eas his armis sanares & confirmares, esse
commissas? Quòd si Miloni locus datus es-
set, probasset profectò tibi ipsi, neminem
unquam hominem homini chariorem fuisse,
quàm te sibi: nullum se unquam peri-
culum pro tua dignitate fugisse: cum il-
la ipsa teterrima peste sæpissimè pro tua
gloria contendisse: tribunatum suum ad
salutem meam, quæ tibi charissima fuisset,
consiliis tuis gubernatum: se à te pos-
tea defensum in periculo capitis, adju-
tum in petitione præturæ: duos se ha-
bere semper amicissimos sperasse, te tuo
beneficio, me suo. Quæ nisi probaret: si
tibi ita penitus inhæsisset ista suspicio,
nullo ut evelli modo posset: si denique
Italia à delectu, urbs ab armis, sine Mi-
lonis clade nunquam esset conquietura:
næ iste haud dubitans cessisset patriâ, is,
qui ita natus est, & ita consuevit: te,

Mag-

cierto que se da á entender que hay en él un grande esfuerzo, un ánimo increíble, y fuerzas, y poder mas que de un hombre solo, pues contra solo él se ha elegido el mayor de los generales, y se ha puesto en armas toda la república.

Pero, ¿quién no entienda que á tí se te han encomendado todos los miembros de la república enfermos y desmayados, para que con estas armas los sanaras, y dieras nuevo vigor? porque, si á Milon se le hubiese dado lugar, te hubiera hecho ver á tí mismo, que ninguno jamas fué mas amado de hombre, que tú de él: que jamas habia rehusado ningun riesgo en defensa de tu dignidad; que muchísimas veces habia combatido defendiendo tu gloria con aquella misma fatalísima peste: que se habia gobernado en su tribunado por tus consejos para el logro de mi restablecimiento, que tú habias deseado en gran manera: que despues habia sido defendido por tí en una causa capital, y ayudado en la pretension de la pretura: que habia esperado tener siempre dos grandes amigos, á tí por el beneficio, que le habias hecho, y á mí, por el que yo habia recibido de él. Y si no te hiciese ver todas estas cosas: si de tal manera se te hubiese fijado en el ánimo esa sospecha, que no fuese po-

Magne, tamen antestaretur, quod nunc etiam facit.

26 Vide, quàm sit varia vitæ, commutabilisque ratio, quàm vaga, volubilisque fortuna, quantæ infidelitates in amicis, quàm ad tempus aptæ simulationes, quantæ in periculis fugæ proximorum, quantæ timiditates. Erit, erit illud profectò tempus, & illucescet aliquando ille dies, cùm tu, salutaribus, ut spero rebus tuis, sed fortasse motu aliquo communium temporum immutatis (qui quàm crebrò accidat, experti debemus scire) & amicissimi benevolentiam, & gravissimi hominis fidem, & unius post homines natos fortissimi viri magnitudinem animi desideres.

Quamquam ; quis hoc credat, Cn. Pompeium, juris publici, moris majorum, rei denique publicæ peritissimum, cùm

posible de ningun modo arrancarla: si finalmente nunca se hubiesen de ver libres, la Italia de levas, y la ciudad de armas, sin la ruina de Milon: este ciertamente se hubiera ido de su patria sin la menor detencion, como hombre, que nació con esta estrella, y así lo acostumbró hacer; no obstante te llamaria á tí mismo por testigo, ó gran Pompeyo, como ahora tambien lo hace.

26 Mira cuán varia, y mudable es la condicion de nuestra vida, cuán poco segura y voluble la fortuna, cuánta infidelidad hay en los amigos, qué disimulos tan bien acomodados al tiempo, qué desamparos de los mas allegados en los riesgos, qué temores. Llegará, llegará sin duda aquel tiempo, y amanecerá aquel dia en que tú, salvo tu estado, como yo espero, pero acaso con alguna mudanza, que los tiempos suelen ocasionar á todos (la cual cuan frecuentemente acaezca, lo debemos haber aprendido de la experiencia) en que tú, digo, eches menos el cariño de tan grande amigo, la lealtad de sugeto tan grave, y la grandeza de ánimo del hombre mas esforzado de los nacidos.

Aunque ¿quién creerá esto, que Cn. Pompeyo, el hombre mas inteligente en el derecho público, costumbres de los mayores, y negocios

senatus ei commiserit, ut videret, *Ne quid respublica detrimenti caperet*: quo uno versiculo satis armati semper consules fuerunt, etiam nullis armis datis: hunc exercitu, hunc delectu dato, iudicium expectaturum fuisse in eius consiliis vindicandis, qui vel iudicia ipsa tolleret? Satis iudicatum est à Pompeio, satis, falso ista conferri in Milonem: qui legem tulit, quâ, ut ego sentio, Milonem à vobis absolvi oporteret; ut omnes confitentur, liceret.

Quod verò in illo loco atque illis publicorum præsidiarum copiis circumfusus sedet, satis declarat, se non terrorem inferre vobis, (quid enim illo minùs dignum, quàm cogere, ut vos eum condemnatis, in quem animadvertere ipse & more majorum & suo jure posset?), sed præsidio esse: ut intelligatis, contra hesternam concionem illam licere vobis, quod sentiatis, liberè iudicare.

27 Nec verò me, Iudices, Clodianum crimen movet, nec tam sum demens

cios de estado, con encargo del senado para proveer, que no recibiese la república ningun daño: la cual cláusula sola bastó siempre para armar suficientemente á los cónsules, sin que se les diesen ningunas otras armas: quien creerá, digo, que este, habiéndosele dado ejército y facultad para levantar gente, habia de haber aguardado á que se viese la causa en tela de juicio para castigar los designios de un hombre, que aun queria dar por el pie á los mismos juicios? Bastantemente declaró Pompeyo, bastantemente, que se le acumulan falsamente esos cargos á Milon, con haber hecho una ley, por la cual, en mi sentir, le debeis absolver: y á lo menos, como todos confiesan, podeis.

Y en estar sentado en aquel puesto, y en medio de aquellas tropas de la república, declara bastantemente que él no os quiere poner miedo (porque ¿qué cosa le es menos correspondiente que obligaros por fuerza á que condeneis á quien él por sí mismo podría castigar por costumbre de nuestros mayores, y por su derecho?), sino que está para vuestra defensa, para que entendais que podeis juzgar libremente, y segun vuestro sentir contra aquel razonamiento de ayer.

27 Mas no me da cuidado, jueces, el delito de la muerte de Clodio, ni estoy tan fal-

mens, tamque vestri sensûs ignarus, atque expers, ut nesciam quid de morte Clodii sentiatis. De qua si jam nollem ita diluere crimen, ut dilui, tamen impunè Miloni clamare, atque mentiri gloriosè liceret: occidi, occidi, non Sp. Melium, qui annonâ levandâ, jacturisque rei familiaris, quia nimis amplecti plebem putabatur, in suspicionem incidit regni appetendi: non Tib. Grachum, qui collegæ magistratum per seditionem abrogavit: quorum interfectores implerunt orbem terrarum nominis sui gloriâ: sed eum, (auderet enim dicere, cùm patriam periculo suo liberasset) cujus nefandum adulterium in pulvinaribus sanctissimis nobilissimæ feminae comprehenderunt: eum, cujus supplicio senatus solemnes religiones expiandas sæpe censuit: eum, quem cum sorore germana nefarium stuprum fecisse L. Lucullus juratus se quæstionibus habitis dixit comperisse: eum, qui civem, quem senatus, quem populus, quem omnes gentes, urbis, ac vitæ civium conservatorem judicabant, servorum armis exterminavit: eum, qui regna dedit, ademit, orbem terrarum, quibuscum voluit, partitus est: eum, qui plurimis cædibus in

to de juicio, ni tan ignorante, y sin conocimiento de vuestro modo de pensar, que ignore vuestro sentir acerca de la muerte de Clodio. Cuyo crimen ya que yo no quisiera desvanecer, como desvanecí, con todo eso podría Milon decir á veces impunemente, y con una mentira, que le daría gloria: maté, maté, no á Sp. Melio, que se hizo sospechoso de que pretendía el reino, porque parecia tiraba á conciliarse demasiado á la plebe, abaratándola el trigo á espensas de su hacienda: no á Tib. Graco, que levantando una sedicion quitó á su compañero el mando: cuyos matadores llenaron toda la redondez del mundo de la gloria de su nombre; sino á aquel, (pues se atreveria á decirlo, habiendo libertado con su riesgo á la patria) á aquel, á quien las mugeres principales cogieron en un sacrílego adulterio en la funcion mas sagrada: á aquel, con cuyo castigo juzgó muchas veces el senado que se debia espiar la profanacion de la religion: á aquel, que, como L. Luculo afirmó con juramento haber hallado hechas las averiguaciones, habia cometido un feo estrupo con su misma hermana; á aquel, que armando á los esclavos, desterró á un ciudadano, que el senado, el pueblo, y todas las naciones tenian por el conservador de la ciudad, y de la vida de los ciu-
da-

foro factis, singulari virtute, & gloria civem domum vi, & armis compulit: eum, cui nihil unquam nefas fuit nec in facinore, nec in libidine: eum, qui ædem Nympharum incendit, ut memoriam publicam recensionis tabulis publicis impressam extingueret: eum denique, cui jam nulla lex erat, nullum civile jus, nulli possessionum termini: qui non calumniâ litium, non injustis vindiciis, ac sacramentis alienos fundos, sed castris, exercitu, signis inferendis, petebat: qui non solum Etrascos, (eos enim penitus contempserat) sed hunc Q. Varium, virum fortissimum, atque optimum civem, judicem nostrum, pellere possessionibus, armis castrisque conatus est: qui cum architectis, & decempedis villas multorum, hortosque peragrabat: qui Janiculo, & Alpi- bus spem possessionum terminabat suarum: qui cum ab equite Romano splendidissimo, & forti viro, T. Pacuvio, non impetrasset, ut insulam in lacu Prelio venderet, repente lintribus in eam insulam materiem, calcem, cæmenta, atque arenam convexit, dominoque trans ripam inspectante, non dubitavit ædificium extruere in alieno: qui huic T. Furfanio,

; cui

dadanos: á aquel, que dió, y quitó reinos, y repartió el mundo entero á los que quiso: á aquel, que metió por fuerza, y armas en su casa, despues de hechas muchas muertes en la plaza, á un ciudadano de singular valor, y gloria: á aquel, que no tuvo por malo ningun mal hecho, ni ningun mal deseo: á aquel, que incendió el templo de las Ninfas para borrar la memoria del empadronamiento general, que se guardaba en el archivo: á aquel finalmente para quien ya no habia ninguna ley, ningun derecho civil, ningunos términos de posesiones: que procuraba entrarse en las heredades ajenas, no con calumnias de pleiteantes, no con injustas fianzas, (17) y juramentos falsos, (18) sino acampando, levantando ejércitos, y dando batallas: que intentó echar de sus posesiones con armas y asentando reales, no solo á los Etruscos (porque á estos ya los habia despreciado de todo punto), sino tambien á este P. Vario, que tenemos por juez, hombre del mayor esfuerzo, y de los mejores ciudadanos: que andaba por las quintas, y huertas de muchos con maestros de obras, y cuerdas de medir tierras: que terminaba la esperanza de sus posesiones en el Janiculo, y los Alpes, que, no habiendo conseguido de T. Pacuvio caballero romano del mayor esplendor, y hombre
de

; cui viro? ; dii immortales! (; quid enim
 ego de muliercula Scantia? ; quid de adoles-
 cente Aponio dicam? quorum utrique
 mortem est minitatus, nisi sibi hortorum
 possessione cessisset) sed ausus est Furfa-
 nio dicere, si sibi pecuniam, quantam
 poposcerat, non dedisset, mortuum se
 in domum ejus illaturum, quâ invidiâ
 huic esset tali viro conflagrandum: qui
 Appium fratrem, hominem mihi conjunc-
 tum fidissimâ gratiâ, absentem de posses-
 sione fundi dejecit: qui parietem sic
 per vestibulum sororis instituit ducere,
 sic agere fundamenta, ut sororem non
 modò vestibulo privaret, sed omni aditu,
 & limine.

28 Quamquam hæc quidem jam tole-
 rabilia videbantur: etsi æquabiliter in rem-
 publicam, in privatos, in longinquos,
 in propinquos, in alienos, in suos irruer-
 bat: sed nescio quomodo jam usu obdu-
 ruerat, & percalluerat civitatis incredibi-
 lis

de esfuerzo, el que le vendiese una isla en el lago Prelio, de repente llevó en barcas á aquella isla materiales, cal, piedras y arena, y no tuvo reparo en levantar un edificio en suelo ageno, estándolo viendo su dueño de la otra parte de la ribera: que á este T. Furfanio, ¡á qué sugeto, dioses inmortales! (porque ¡á qué es decir lo de la mugercilla Escancia, y del jóven Aponio? á los cuales dos amenazó con la muerte, si no le cedían la posesion de sus huertos) que se atrevió, digo, á decir á Furfanio, que, si no le daba todo el dinero, que le habia pedido, le meteria un muerto en su casa, con lo cual caeria en un horrible aborrecimiento un sugeto como este: que echó de la posesion de la heredad en ausencia á su hermano Apio, sugeto con quien me tiene enlazado el agradecimiento mas fino: y que se puso á levantar una pared en el zaguan de su hermana, y á dirigir los cimientos en una conformidad, que la dejó no solo sin zaguan, sino absolutamente sin entrada y umbral.

28 Aunque á la verdad estas cosas ya parecian tolerables: aunque igualmente acometia á la república que á los particulares, á los alejados que á los allegados, á los estraños que á los propios: pero no sé como ya habia llegado con el repetido uso á hacer callos

lis patientia. Quæ verò aderant jam, & impendebant, ; quonam modo ea aut depellere potuissetis, aut ferre imperium, si id ille nactus esset? Omitto socios, exteras nationes, reges, tetrarchas: vota enim feceratis, ut in eos se potiùs mitteret, quàm in vestras possessiones, vestra tecta, vestras pecunias. ; Pecunias dico? à liberis, à liberis, medius fidius, & à conjugibus vestris nunquam ille effrænatas suas libidines cohibuisset. ; Fingi hæc putatis, quæ patent? ; hæc, quæ nota sunt omnibus? ; quæ tenentur? ; servorum exercitus illum in urbe conscripturum fuisse, per quos totam rempublicam, resque privatas omnium possideret?

Quamobrem, si cruentum gladium tenens clamaret T. Annius: adeste, quæso, atque audite, cives: P. Clodium interfeci: ejus furores, quos nullis jam legibus, nullis judiciis frænare poteramus, hoc ferro & hac dextera à cervicibus vestris repuli: per me unum, ut jus, æquitas, leges, libertas, pudor, pudicitia in civitate manerent: esset verò timendum, quonam modo id ferret civitas. Nunc enim

la increíble paciencia de la ciudad. Mas los males, que ya estaban encima, y para descargar sobre vosotros, ¿cómo los hubierais podido evitar, ó aguantarle en el imperio, si él le hubiera llegado á conseguir? No digo nada de los aliados, de las naciones extranjeras, de los reyes, de los tetrarcas: pues habiais hecho votos para que diese contra ellos antes que contra vuestras posesiones, vuestras casas y vuestros dineros. ¿Dineros digo? en vuestros mismos hijos á fe mia, y en vuestras mugeres hubiera él saciado sus desenfrenados apetitos. ¿Juzgais que finjo yo estas cosas, que estan patentes, que todos las saben, que se palpan con las manos: que él habia de haber alistado en la ciudad ejércitos de esclavos, por medio de los cuales fuese señor de toda la república, y de los bienes particulares de todos?

Por lo cual, si T. Anio teniendo en la mano la espada ensangrentada comenzase á clamar: venid ciudadanos, os ruego, y oid: maté á P. Clodio: con esta espada, y con esta diestra liberté vuestras cervices de su furia, la que ya no podíamos refrenar con ningunas leyes, ni con ningunos juicios: yo solo hice que permaneciese en la ciudad el derecho, la equidad, las leyes, la libertad, el pudor y la vergüenza; sin duda seria de temer que no

enim ; quis est, qui non probet? ; qui non laudet? ; qui non unum post hominum memoriam T. Annium plurimum reipublicæ profuisse, maximâ lætitiâ populum Romanum, cunctam Italiam, nationes omnes affecisse, & dicat, & sentiat? Nequeo, vetera illa populi Romani quanta fuerint gaudia, judicare. Multas tamen summorum imperatorum clarissimas victorias ætas nostra vidit: quarum nulla neque tam diuturnam attulit lætitiâ, neque tantam.

Mandate hoc memoriæ, Judices: spero multa vos, liberosque vestros in republica bona esse visuros. In his singulis ita semper existimabitis, vivo P. Clodio, nihil eorum vos visuros fuisse. In spem maximam, & quemadmodum confido, verissimam adducti sumus, hunc ipsum annum, hoc ipso summo viro consule, compressâ hominum licentiâ, cupiditatibus fractis, legibus, & judiciis constitutis, salutarem civitati fore. ; Numquis igitur est tam demens, qui hoc, P. Clodio vivo, contingere potuisse arbitretur? ; Quid? ea, quæ tenetis, privata atque vestra, dominante homine furioso, quod jus perpetuæ poses-

llevaria á bien este hecho la ciudad. ¿Pues ahora mismo quién hay que no le apruebe? ¿que no le alabe? ¿que no diga, y sienta que T. Anio fué el que mayor bien hizo á la república de cuantos hay memoria, y dió la mayor alegría al pueblo romano, á toda la Italia, y á todas las naciones? Yo no puedo hacer juicio de cuan grandes hayan sido aquellas antiguas alegrías del pueblo romano: sin embargo en nuestros dias se han visto muchas esclarecidísimas victorias de los mayores generales, y ninguna de estas ocasionó una alegría tan durable, ni tan grande.

Fijad esto en vuestra memoria, jueces: espero que vosotros, y vuestros hijos habeis de ver muchas prosperidades en el Estado: pues en cada una de estas juzgaréis siempre que no la habiais de haber visto, viviendo P. Clodio. Hemos llegado á concebir una esperanza muy grande, y segun yo confio, muy cierta, de que este mismo año, en que estamos, será muy saludable para la ciudad, siendo en él consul este consumado varon, reprimido el libertinage de los hombres, cortados sus malos deseos, y establecidas leyes y juicios. ¿Pues hay acáso alguno tan loco, que piense, que esto hubiera podido suceder, viviendo Clodio? ¿pero qué? en vuestros mismos, y propios bie-

sessionis habere potuissent?

29 Non timeo, Iudices, ne odio inimicitiarum mearum inflammatus libentiùs hæc in illum evomere videar, quàm veriùs. Etenim, etsi præcipuum esse debebat; tamen ita communis erat omnium ille hostis, ut in communi odio penè æqualiter versaretur odium meum. Non potest dici satis, ne cogitari quidem, quantum in illo sceleris, quantum exitii fuerit. Quin sic attendite, Iudices: nempè hæc est quæstio de interitu P. Clodii. Fingite animis (liberæ enim sunt cogitationes nostræ, & quæ volunt, sic intuentur, ut ea cernimus, quæ videmus), fingite igitur cogitatione imaginem hujus conditionis meæ, si possim efficere, ut Milonem absolvatis, sed ita, si P. Clodius revixerit. ; Quid vultu extimuiſtis? ; quonam modo ille vos vivus afficeret, qui mortuus inani cogitatione percussit? ; Quid? si ipse Cn. Pompeius, qui eâ virtute ac fortunâ est, ut ea potuerit semper, quæ nemo præter illum: si is, inquam, potuisset, aut quæstionem de morte P. Clodii ferre, aut ipsum ab inferis excitare; ; utrum putatis po-

bienes, si tuviera el mando un hombre furioso, ¿qué derecho de perpetua posesion hubierais podido mantener?

29 No temo, jueces, que parezca que inflamado en el odio de mi enemistad particular vomito estas cosas contra él con mas gusto que verdad: porque, aunque mi odio debia sobresalir, sin embargo él era tan comun enemigo de todos, que casi no se distinguia mi aborrecimiento del general de los otros. No se puede esplicar bastantemente con palabras, ni aun pensar, en qué grado ha sido malo, y pernicioso. Y sino atended á esto, que voy á decir: esta averiguacion es, como vemos, sobre la muerte de P. Clodio: imaginaos (pues son libres nuestros pensamientos, y ven todo lo que quieren, como vemos los objetos, que miramos con los ojos corporales), imaginaos pues que os propongo este partido, que pueda lograr que absolvais á Milon, mas con tal que resucite P. Clodio. ¿Cómo se os demudó el semblante? ¿qué impresion os haria vivo el que muerto con una vana imaginacion os trastornó? ¿qué? si el mismo Cn. Pompeyo, hombre de un valor, y fortuna, que pudo siempre hacer lo que ninguno, sino él, hizo; si este, digo, hubiera podido ó resucitar á Clodio, ó hacer la ley para que se inquiriese

potiùs facturum fuisse? Etiam si propter amicitiam vellet illum ab inferis evocare, propter rempublicam non fecisset. Ejus igitur mortis sedetis ultores, cujus vitam si putetis per vos restitui posse, nolitis: & de ejus nece lata quæstio est, qui si eadem lege reviviscere posset, lata lex numquam esset. ; Hujus ergo interfector qui esset, in confitendo ab iisne pœnam timeret, quos liberavisset?

Græci homines deorum honores tribuunt iis viris, qui tyrannos necaverunt. ; Quæ ego vidi Athenis! ; quæ aliis in urbibus Græciæ! ; quas res divinas talibus institutas viris! ; quos cantus! ; quæ carmina! propè ad immortalitatis & religionem & memoriam consecrantur. ; Vos tanti conservatorem populi, tanti sceleris ultorem, non modò honoribus nullis afficietis, sed etiam ad supplicium rapi patiemini? Confiteretur, confiteretur, inquam, si fecisset, & magno animo & libente se fecisse, libertatis omnium causâ. Quod ei certè non confitendum modò fuisset,

sobre su muerte: ¿cuál de las dos cosas pensais que habia de haber hecho? Aunque por la amistad quisiese volverle á la vida, por el bien de la república lo hubiera dejado de hacer. Estais pues sentados para castigar la muerte de un hombre, á quien, si pensarais que le podiais restituir la vida, no querriais hacerlo: y se está haciendo la averiguacion sobre la muerte de uno por una ley, que nunca se hubiera hecho, si en fuerza de la misma ley pudiera resucitar. ¿El matador pues de este temeraria confesando castigo ninguno de parte de los mismos, á quienes habia libertado?

Los griegos dan honores divinos á los sujetos, que mataron á los tiranos. ¿Qué no ví yo en Atenas de esto! ¿Qué en otras ciudades de la Grecia! ¿Qué sacrificios establecidos á semejantes sujetos! ¿Qué cánticos, qué versos! casi inmortalizan, y divinizan su memoria. ¿Y vosotros no solo no habeis de hacer ningunas honras al conservador de tan gran pueblo, y vengador de tan gran maldad, sino que aun habeis de permitir que sea llevado al suplicio? Confesaria, confesaria, digo, si lo hubiera hecho, y con grande ánimo, y complacencia, que lo habia hecho por la libertad de todos: pues no solo lo habria debido confesar

set, verum etiam prædicandum.

30 Etenim, si id non negat, ex quo nihil petit, nisi ut ignoscatur; & dubitaret id fateri, ex quo etiam præmia laudis essent petenda? nisi verò gratus putat esse vobis, sui se capitis, quam vestri ordinis, defensorem fuisse: cum præsertim in ea confessione, si gratus esse velletis, honores consequeretur amplissimos; si factum vobis non probaretur, (quamquam & qui poterat salus sua cuique non probari?) sed tamen si minus fortissimi viri virtus civibus grata cecidisset, magno animo constantique cederet ex ingrata civitate. & Nam quid esset ingratus, quam lætari cæteros, lugere eum solum, propter quem cæteri lætarentur?

Quamquam hoc animo semper fuimus omnes in patriæ proditoribus opprimendis, ut, quoniam nostra futura esset gloria, periculum quoque, & invidiam nostram putaremus. Nam, & quæ mihi ipsi tribuenda laus esset, cum tantum in consulatu meo pro vobis ac liberis vestris ausus essem, si id, quod conabar, sine maximis di-

sar, sino aun pregonar.

30 Porque, si no niega una cosa en fuerza de la que nada pretende, sino el que se le perdone; ¿dudaria confesar otra por la que aun se debieran pretender premios honrosos? sino es que piense que os sea mas agradable que él haya defendido su vida, que no vuestro estado: particularmente cuando en la tal confesion, si quisieseis ser agradecidos, conseguiria los mas distinguidos honores; y si no aprobaseis el hecho, (aunque ¿cómo podia mirar nadie con malos ojos su bien?) pero sin embargo, si no hubiera sido grato á sus paisanos el valor de un hombre del mayor esfuerzo, se saldria con grande ánimo, y constancia de su ingrata ciudad. Porque, ¿qué mayor ingratitud, que alegrarse los demas, y llorar solamente aquel, por quien los demas se alegrasen?

Aunque siempre fué tal la disposicion de nuestro ánimo en la opresion de los traidores á la patria, que, ya que habia de ser nuestra la gloria, entendiésemos tambien habia de ser nuestro el peligro, y aborrecimiento. Porque, ¿qué alabanza se me deberia dar á mí mismo, cuando me atreví á tanto en mi consulado en defensa vuestra, y de vuestros hijos, si pen-

dimicationibus meis me esse ausurum arbitrarer? ; Quæ mulier sceleratum ac perniciosum civem occidere non auderet, si periculum non timeret? Proposita invidiâ, morte, poenâ, qui nihilo segniùs rempublicam defendit, is vir verè putandus est. Populi grati est, præmiis afficere benè meritos de republica cives: viri fortis, ne suppliciis quidem moveri, ut fortiter fecisse poeniteat.

Quamobrem uteretur eadem confessione T. Annius, qua Ahala, qua Nasica, qua Opimius, qua Marius, qua nosmetipsi: & si grata respublica esset, lætaretur: si ingrata, tamen in gravi fortuna conscientia suâ niteretur. Sed hujus beneficii gratiam, Judices, fortuna populi Romani, & vestra felicitas, & dii immortales sibi deberi putant. Nec verò quisquam aliter arbitrari potest, nisi qui nullam vim esse ducit, numenve divinum: quem neque imperii vestri magnitudo, neque sol ille, nec coeli signorumque motus, nec vicissitudines rerum, atque ordines movent, neque id quod maximum est, ma-

sára que me habia de atrever á lo que intentaba sin muy terribles debates, y contiendas? ¿qué muger no se atreveria á matar al ciudadano perverso y pernicioso, si no temiese el peligro? El que á vista del aborrecimiento, en que va á incurrir, de la muerte, del castigo, defiende con la misma fortaleza la república, ese es el que de verdad ha de ser tenido por hombre. Al pueblo agradecido corresponde premiar á los ciudadanos beneméritos: al hombre esforzado, el que no le hagan los castigos arrepentirse de haber obrado con valor.

Por lo cual haria T. Anio la misma confesion, que Ahala, que Nasica, que Opimio, que Mario, y que nosotros mismos, y, si la república fuese agradecida, se alegraria; si desagradecida, sin embargo en su desgracia se consolaria con el testimonio de su conciencia. Mas el agradecimiento de este beneficio, jueces, se lo apropian á sí la fortuna del pueblo romano, vuestra felicidad, y los dioses inmortales. Y verdaderamente que ninguno puede pensar otra cosa sino aquel que juzgue, ó crea que no hay ningun poder en el cielo, ninguna providencia divina; sino aquel, á quien no hagan impresion, ni la grandeza de vuestro imperio, ni aquel sol, ni los mo-

jorum nostrorum sapientia, qui sacra, qui cæremonias, qui auspicia, & ipsi sanctissimè coluerunt, & nobis suis posteris prodiderunt.

31 Est, est profectò illa vis: neque in his corporibus, atque in hac imbecillitate nostra inest quiddam, quod vigeat, & sentiat, & non inest in hoc tanto naturæ tam præclaro motu. Nisi fortè idcirco esse non putant, quia non apparet, nec cernitur: proinde quasi nostram ipsam mentem, qua sapimus, qua provideamus, qua hæc ipsa agimus, ac dicimus, videre, aut planè, qualis, aut ubi sit, sentire possimus. Ea vis, ea est igitur, quæ sæpe incredibiles huic urbi felicitates, atque opes attulit; quæ illam perniciem extinxit, ac sustulit: cui primùm mentem injecit, ut vi irritare, ferroque lacescere fortissimum virum auderet, vincereturque ab eo, quem si vicisset, habiturus esset impunitatem & licentiam sempiternam. Non est humano consilio, ne mediocri quidem, Judices, deorum immortalium curâ, res illa perfecta. Religiones
me-

vimientos del cielo, y de las estrellas, ni la alternativa, y orden de las cosas, ni lo que es lo mas, la sabiduria de nuestros mayores, que ellos por sí mismos miraron con la mayor reverencia los sacrificios, las ceremonias y agüeros, y nos los dejaron escritos á sus descendientes.

31 Hay, hay sin duda este poder, y habiendo en estos cuerpos, y en esta nuestra flaqueza un principio de vigor y sentido, no habia de faltar en este tan grande, y maravilloso movimiento de la naturaleza; sino es que acaso piensen que no le hay, porque no se descubre, ni ve: como si nuestro mismo entendimiento, con que sabemos y providenciamos las cosas; con que hacemos, y hablamos esto mismo, que estamos diciendo, le pudiésemos ver, y conocer claramente su cualidad, ó donde se halla. Este poder, este pues es al que debió muchas veces esta ciudad increíbles felicidades, y aumentos; el que destruyó, y quitó del medio aquella peste, primeramente infundiéndole el pensamiento de que se atreviese á irritar con violencias, y á provocar con armas á un varon esforzadísimo, y despues haciendo que fuese vencido de él, cuando, si hubiera salido victorioso, habia de tener una impunidad, y libertad eterna. No se hizo,
jue-

meherculè ipsæ, quæ illam belluam cadere viderunt, commosse se videntur, & jus in illo suum retinuisse.

Vos igitur jam, Albani tumuli atque luci, vos, inquam, imploro atque testor, vosque Albanorum obrutæ aræ, sacrorum populi Romani sociæ & æquales, quas ille præceps amentiâ, cæsis, prostratisque sanctissimis lucis, substructionum insanis molibus oppresserat; vestræ tum aræ, vestræ religiones viguerunt, vestra vis valuit, quam ille omni scelere polluerat: tuque ex tuo edito monte, Latiaris sancte Jupiter, cujus ille lacus, nemora, finesque sæpè omni nefario stupro & scelere macularat, aliquando ad eum puniendum oculos aperuisti: vobis illæ, vobis vestro in conspectu seræ, sed justæ tamen, & debitæ poenæ solutæ sunt. Nisi fortè hoc etiam casu factum esse dicemus, ut ante ipsum sacrarium Bonæ deæ, quod est in fundo T. Sextii Galli, in primis honesti & ornati adolescentis, ante ipsam, inquam, Bonam deam, cùm prælium commisisset, primum illud vulnus

jueces, esto ciertamente con consejo humano, ni aun con un cualquier cuidado de los dioses inmortales; la misma religion á fe mia, al ver caer aquella fiera, parece que hizo movimiento, y demostracion de haber mantenido su derecho en su caída.

Ya pues á vosotros cerros, y bosques de Alba, á vosotros, digo, imploro y llamo por testigos, y á vosotros, ó altares Albanos derribados, compañeros, é iguales á los del pueblo romano, á quienes él precipitado de su locura, cortados y echados por tierra los bosques mas sagrados, habia oprimido con las locas máquinas de sus fábricas: entonces se vió vuestro poder y el de la religion, y prevaleció vuestra fuerza, que él habia ultrajado con todo género de maldades: y tú, ó santo Júpiter Lacial, cuyos lagos, bosques y términos, él habia profanado muchas veces con todo género de deshonestidades sacrílegas, y maldades, por fin abriste los ojos desde tu alto monte para castigarle: por vosotros, por vosotros llevó á vuestra vista aquel castigo, tardó sí, pero justo, y debido: sino es que acaso digamos que tambien fué casualidad el que delante de la misma ermita de la diosa Bona, que está en la heredad de T. Sexto Galo, jóven de los mas calificados, y con-

acceperit, quo teterrimam mortem obiret: ut non absolutus iudicio illo nefario videretur, sed ad hanc insignem poenam reservatus.

32 Nec verò non eadem ira deorum hanc ejus satellitibus injecit amentiam, ut sine imaginibus, sine cantu, atque ludis, sine exequiis, sine lamentis, sine laudationibus, sine funere, oblitus cruore & luto, spoliatus illius supremi diei celebritate, quam concedere etiam inimici solent, ambreretur abjectus. Non fuisse credo fas clarissimorum virorum formas illi teterrimo parricidæ aliquid decoris afferre, neque ullo in loco potiùs mortem ejus lacerari, quàm in quo vita esset damnata. Dura mihi, medius fidius, jam fortuna populi Romani & crudelis videbatur, quæ tot annos illum in hanc rempublicam insultare videret, & pateretur. Polluerat stupro sanctissimas religiones: senatûs gravissima decreta perfregerat; pecuniâ se palàm à Judicibus redemerat: vexarat in tribunatu senatum: omnium ordinum consensu pro salute reipublicæ gesta

decorados, que delante, digo, de la misma diosa Bona, habiendo trabado la pendencia, recibió aquella primera herida de que murió con muerte tan desastrada; para que se viese que no habia sido absuelto en aquel juicio el mas inicuo, sino reservado para este notable castigo.

32 Y la misma ira de los dioses infundió en sus ministros la locura de medio quemarle echado en el suelo, sin imágenes, sin canto, sin juegos, sin exequias, sin lamentaciones, sin honras, sin entierro; cubierto de sangre y lodo, privado de la celebridad de aquel último dia, que hasta los enemigos suelen conceder. Creo que no fué lícito que las imágenes de varones esclarecidísimos diesen alguna honra á aquel perversísimo parricida, ni que fuese despedazado su cadaver en otro sitio, que en el que habia sido condenada su vida. A fe mia que ya me parecia terrible, y cruel la fortuna del pueblo romano, que por tantos años le estaba viendo insultar á esta república, y lo sufría. Habia profanado con sacrílega deshonestidad las ceremonias mas sagradas: quebrantado los decretos mas graves del senado: comprado con dinero al descubierto su absolucion á los jueces: maltratado al senado, cuando fué tri-

ta resciderat: me patriâ expulerat: bona diripuerat: domum incenderat: liberos, conjugem meam vexaverat: Cn. Pompeio nefarium bellum indixerat: magistratum, privatorumque cædes effecerat; domum mei fratris incenderat: vastarat Etruriam: multos sedibus ac fortunis eiecerat: instabat, urgebat: capere ejus amentiam civitas, Italia, provinciæ, regna non poterant: incidebantur jam domi leges, quæ nos nostris servis addicerent: nihil erat cujusquam, quod quidem ille adamasset, quod non hoc anno suum fore putaret. Obstabat ejus cogitationibus nemo præter Milonem. Ipsum illum, qui poterat obstare, novo reditu in gratiam quasi devinctum arbitrabatur: Cæsaris potentiam suam esse dicebat: bonorum animos etiam in meo casu contempserat: Milo unus urgebat.

33 Hic dii immortales, ut supra dixi, mentem dederunt illi perditio ac furioso, ut huic faceret insidias. Aliter perire pestis illa non potuit: nunquam illum respublica suo jure esset ulta. Senatus, credo, prætorem eum circumscrip-

buno: anulado cuanto se habia hecho por la salud del Estado con consentimiento de todas las clases: echádome á mí de la patria: saqueado mis bienes: quemado mi casa: maltratado á mi muger, y mis hijos: declarado una guerra impía á Cn. Pompeyo: hecho muertes de magistrados y particulares: incendiado la casa de mi hermano: assolada la Etruria: echado á muchos de sus establecimientos y bienes: cargaba, apretaba: ya ni cabia su locura en la ciudad, ni en la Italia, ni en las provincias, ni en los reinos: ya se grababan en su casa leyes para sujetarnos á nuestros esclavos: no habia casa propia de ninguno, que á él le hubiese gustado, que no contase con que seria suya en este año. Ninguno se oponia á sus designios, sino Milon: á aquel mismo, que podia estorbarle, le juzgaba obligado con la nueva vuelta á la amistad: del poder de César decia que era suyo: de los sentimientos de los buenos ya en mi desgracia no habia hecho caso: solo Milon le apretaba.

33 *En este estado los dioses inmortales, como arriba dije, le infundieron á aquel perdido y furioso el pensamiento de poner asechanzas á este. De otra manera no podia acabar aquella peste: nunca jamas la república le hubiera castigado usando de su derecho.*

sisset. Ne cùm solebat quidem id face-
re in privato eodem hoc, aliquid pro-
fecerat. ; An consules in prætore coercen-
do fortes fuissent? Primùm, Milone oc-
ciso, habuisset suos consules. Deinde ; quis
in eo prætore consul fortis esset, per
quem tribunum, virum consularem cru-
delissimè vexatum esse, meminisset? Op-
pressisset omnia, possideret: teneret: le-
ge novâ, quæ est inventa apud eum cum
reliquis legibus Clodianis, servos nostros
libertos suos fecisset. Postremò, nisi eum
dii immortales in eam mentem impulissent,
ut homo effeminatus fortissimum virum
conaretur occidere, hodie rempublicam
nullam haberetis.

; An ille prætor, ille verò consul (si
modo hæc templa atque ipsa moenia sta-
re, eo vivo, tamdiu, & consulatum ejus
expectare potuissent), ille denique vivus,
nihil mali fecisset, qui mortuus, uno ex
suis satellitibus Sex. Clodio duce, cu-
riam incenderit? ; Quo quid miserius, quid
acerbius, quid luctuosius vidimus? ; Tem-
plum sanctitatis, amplitudinis, mentis,

El senado sin duda le hubiera traído á raya en la pretura: ni aun cuando solia procurar-lo en este mismo, siendo un mero particular, no habia aprovechado nada. ¿Acáso los cónsules hubieran tenido fortaleza para sujetarle en ese cargo? Primeramente, muerto Milon, hubiera tenido cónsules de su faccion: y ademas ¿qué consul hubiera tenido ánimo contra un pretor, de quien se acordaria, que cuando tribuno habia tratado cruelísimamente á un sujeto, que habia sido consul? Todo lo hubiera sujetado; lo poseeria, y tendria en sus manos: con la ley nueva, que se halló en su casa con las demas Clodianas, hubiera hecho á nuestros esclavos libertos suyos: por fin, si los dioses inmortales no le hubieran infundido, siendo un hombre afeminado, el designio de intentar dar muerte à un hombre esforzadísimo, no tendríamos hoy en dia república.

¿Acáso siendo pretor, y aun mas siendo consul (si es que estos templos, y las mismas murallas hubieran podido mantenerse en pie tanto tiempo, viviendo él, y esperar hasta su consulado), finalmente estando vivo, no hubiera hecho ningun mal, cuando muerto, siendo el caudillo uno de sus ministros Sextio Clodio, incendió la curia? ¿lástima la mayor, la mas sensible, y mas digna de lágrimas de

caput urbis, aram sociorum, portum omnium gentium, sedem ab universo populo Romano concessam uni ordini, inflam-mari, excindi, funestari! ; neque id fieri à multitudine imperita, quamquam esset miserum id ipsum, sed ab uno! qui cùm tantum ausus sit ultor pro mortuo, ; quid signifer pro vivo non esset ausus? In curiam potissimum abjecit, ut eam mortuus incenderet, quam vivus everterat.

; Et sunt, qui de via Appia querantur, taceant de curia? ; & qui ab eo spirante forum putent potuisse defendi, cujus non restiterit cadaveri curia? Excitate, excitate eum, si potestis, ab inferis. ; Frangetis impetum vivi, cujus vix sustinetis furias insepulti? nisi verò sustinistis eos, qui cum facibus ad curiam cucurrerunt, cum facibus ad Castoris, cum gladiis toto foro volitarunt. Cædi vidistis populum Romanum, concionem gladiis disturbari, cùm audiretur silentio M. Cælius, tribunus plebis, vir & in republi-
ca

cuantas hemos visto ; que el templo de la santidad , de la grandeza , del entendimiento , y del consejo , la cabeza de la ciudad , el ara de los aliados , el puerto de todas las naciones , el lugar concedido por todo el pueblo romano á este solo orden , fuese incendiado , destruido , y contaminado ! ¡y que no lo hiciese esto una multitud ignorante , aunque eso tambien seria bastante miseria , sino uno solo ! Este , que se atrevió á tanto , vengándole muerto , ¡á qué no se hubiera atrevido , llevando la bandera en su favor viviendo ? Le fué á arrojar á la curia antes que á otra parte , para que incendiase muerto la que habia arruinado vivo .

¡Y hay quienes toman en boca quejándose del camino Apio , sin decir nada de la curia , y piensan que se hubiera podido defender de él el foro , si viviera , no habiendo resistido la curia á su cadaver ? Resucitadle , resucitadle , si podeis : ¡refrenaréis su furor , viviendo , cuando apenas resistis á sus furias , no habiendo sido sepultado ? sino es que acaso resististeis á los que con teas fueron corriendo á la curia , y con hachas al templo de Castor , y corrieron ligeros por toda la plaza con espadas . Visteis pasar á cuchillo al pueblo romano , y deshacer á cuchilladas su junta , sien-

ca fortissimus, & in suscepta causa firmissimus, & bonorum voluntati, & auctoritati senatûs deditus, & in hac Milonis sive invidia, sive fortuna, singulari, divina, & incredibili fide.

34 Sed jam satis multa de causâ, extra causam nimis fortasse multa. ; Quid restat, nisi ut orem, obtesterque vos, Judices, ut eam misericordiam tribuatis fortissimo viro, quam ipse non implorat: ego, etiam repugnante hoc, & imploro, & exposco? Nolite, si in nostro omnium fletu nullam lacrymam adspexistis Milonis: si vultum semper eundem, si vocem, si orationem stabilem ac non mutatam videtis, hoc minùs ei parcere: atque haud scio, an multò etiam sit adjuvandus magis. Etenim, si in gladiatoriiis pugnis, & in infimi generis hominum conditione atque fortuna, timidos & supplices, & ut vivere liceat, obsecrantes, etiam odisse solemus: fortes & animosos, & se acriter ipsos morti offerentes, servare cupimus, eorumque nos magis

siendo oído con silencio el tribuno de la plebe M. Celio, sugeto del mayor teson en el interes de la república, de la mayor firmeza en el partido, que una vez abrazó, y entregado á la voluntad de los buenos, y á la autoridad del senado, y en esta ó desgracia, ó fortuna de Milon, de una fidelidad singular, divina, é increíble.

EPÍLOGO.

34 Pero ya hemos hablado bastante sobre el asunto, y fuera del asunto acaso demasiado. ¿Qué resta sino el que os pida y suplique, jueces, que useis con este hombre esforzadísimo de la misericordia, que él mismo no implora, y yo con repugnancia suya imploro, y pido encarecidamente? No porque no habeis visto ninguna lágrima en Milon en el general llanto de todos nosotros, no porque le veis siempre con el mismo semblante, con el mismo tenor de voz, con la misma firmeza en sus palabras, y sin caimiento, querais por eso dejar de favorecerle: y no sé si aun por esto debe ser mucho mas favorecido. Pues, si en las peleas de los gladiadores, y en el estado, y suerte de la ralea mas vil de hombres, solemos aun aborrecer á los tímidos, y rendidos, y que piden que se les deje la vida, y al contrario á los fuertes y animosos, y que se ofrecen valerosamente
ellos

gis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quàm qui illam efflagitant: ; quanto hoc magis in fortissimis civibus facere debemus?

Me quidem, Judices, exanimant, & interimunt hæ voces Milonis, quas audio assiduè, & quibus intersum quotidie. Valeant, inquit, valeant cives mei; sint incolumes, sint florentes, sint beati: stet hæc urbs præclara, mihi que patria charissima, quoquo modo merita de me erit. Tranquilla republica cives mei, quoniam mihi cum illis non licet, sine me ipso, sed per me tamen, perfruantur. Ego cedam, atque abibo. Si mihi republicâ bonâ frui non licuerit, at carebo mala: & quam primùm tetigero benè moratam & liberam civitatem, in ea conquiescam.

; O frustra, inquit, suscepti mei labores! ; ò spes fallaces! ; ò cogitationes inanes meæ! Ego, cùm tribunus plebis, republicâ oppressâ, me senatui dedissem, quem extinctum acceperam: equitibus Romanis, quorum vires erant debiles: bonis viris, qui omnem auctoritatem Clodianis armis abjecerant: mihi unquam
bo-

ellos mismos á la muerte, los deseamos salvar; y nos compadecemos mas de los que no imploran nuestra misericordia, que de los que la imploran: ¿cuánto mas debemos hacer esto en los ciudadanos mas esforzados?

Á mí á la verdad, jueces, me desalientan, y acaban estas voces de Milon, que continuamente, que todos los dias estoy escuchando. Pásenlo bien, dice, pásenlo bien mis compatriotas; esten ellos salvos, florezcan, sean dichosos; esté en pie esta ciudad esclarecidísima mi muy amada patria, como quiera que se porte conmigo. Disfruten mis conciudadanos una república tranquila, ellos solos sin mí, ya que yo no puedo juntamente con ellos, pero sin embargo por mi medio. Yo cederé, y me marcharé. Si no pudiese gozar de una república buena, á lo menos careceré de la mala: y luego que llegáre á una ciudad de buenas costumbres, y libre, descansaré en ella.

¡O trabajos míos, dice, tomados en vano! ¡ó esperanzas engañosas! ¡ó vanos pensamientos míos! Yo, cuando, siendo tribuno de la plebe, y hallándose la república oprimida, me entregué al senado, que habia hallado destruido, al orden ecuestre, cuyas fuerzas se hallaban debilitadas, y á los hombres de bien, á quienes las armas de Clodio habian des-

bonorum præsidium defuturum putarem? ; Ego cùm te (mecum enim sæpissimè loquitur) patriæ reddidissem, mihi non futurum in patria putarem locum? ; Ubi nunc senatus est, quem secuti sumus? ; ubi equites Romani illi, illi, inquit, tui? ; ubi studia municipiorum? ; ubi Italiæ voces? ; ubi denique tua, M. Tulli, quæ plurimis fuit auxilio, vox, & defensio? ; mihi ne ea soli, qui pro te toties morti me obtuli, nihil potest opitulari?

35 Nec verò hæc, Judices, ut ego nunc, ffens, sed hoc eodem loquitur vultu, quo videtis. Negat enim, se, negat, ingratis civibus fecisse, quæ fecit: timidis, & omnia circunspicientibus pericula, non negat. Plebem, & infimam multitudinem, quæ, P. Clodio duce, fortunis vestris imminebat, eam, quò tutior esset vita nostra, suam se fecisse commemorat; ut non modò virtute flecteret, sed etiam tribus suis patrimoniis deliniret: nec timet, ne, cùm plebem muneribus placarit, vos non conciliarit meritis in rempublicam singularibus. Senatus

pojado de toda autoridad: ¿podria pensar que me habria de faltar nunca el favor de los buenos? Yo, cuando te restituí á tí á la patria (porque habla conmigo muy de continuo), ¿habia de pensar que me habia de faltar á mi lugar en la patria? ¿Dónde está ahora el senado, á quien hemos seguido? ¿dónde aquellos caballeros romanos, aquellos, dice, tuyos? ¿dónde el empeño, y afecto de las ciudades municipales? ¿dónde las voces de Italia? ¿dónde por fin tu voz y defensa, ó M. Tulio, que á tantos favoreció? ¿Es posible, que á mí solo, que tantas veces me ofrecí por tí á la muerte, nada me puede favorecer?

35 Y esto no lo dice, jueces, como yo ahora, llorando, sino con este mismo semblante, que veis. Porque dice, que no hizo lo que hizo, por ciudadanos ingratos; aunque no niega que sí por tímidos, y que todos los peligros temen. A la plebe, y gente baja, que capitaneada de P. Clodio iba á echarse sobre vuestras haciendas, dice, que la ha hecho suya para mas asegurar vuestra vida, de modo, que no solo la inclinó con su valor, sino tambien la suavizó con sus tres patrimonios: y no tiene recelo de que no haya ganado vuestra voluntad con los señalados servicios, que hizo á la patria, habiendo apa-

ci-

tûs erga se benevolentiam temporibus his ipsis sæpè esse perspectam : vestras verò, & vestrorum ordinum occursationes, studia, sermones, quemcumque cursum fortuna dederit secum, ablaturum esse dicit.

Meminit etiam, sibi vocem præconis modò defuisse, quam minimè desiderarit; populi verò cunctis suffragiis, quod unum cupierit : se consulem declaratum : nunc denique, si hæc arma contra se sint futura, sibi facinoris suspicionem, non facti crimen obstare. Addit hæc, quæ certè vera sunt, fortes & sapientes viros, non tam præmia sequi solere rectè factorum, quàm ipsa rectè facta : se nihil in vita nisi præclarissimè fecisse ; siquidem nihil sit præstabilius viro, quàm periculis patriam liberare ; beatos esse, quibus ea res honori fuerit à suis civibus.

Nec tamen eos miseros, qui beneficio cives suos vicerint : sed tamen ex omnibus præmiis virtutis, si esset habenda ratio præmiorum, amplissimum esse præ-
miuM

ciguado á la plebe con sus dádivas. Dice que la benevolencia del senado para con él se ha visto bien muchas veces en estos mismos tiempos, y que se llevará consigo en cualquiera suerte, que la fortuna disponga las cosas, los buenos oficios, diligencias y pláticas, así vuestras, como de los de vuestras clases.

Tiene tambien presente que solo le faltó la voz del pregonero, que no habia deseado; mas que él ha sido declarado consul por todos los votos del pueblo, que era á lo que solo se dirigia su deseo: y que ahora finalmente, si estas armas han de ser contra él, le daña la sospecha de alguna maldad, no el delito de lo hecho. Añade una cosa, que ciertamente es verdad, que los hombres de fortaleza y sabiduría, no tanto suelen pretender los premios de las acciones buenas, como las mismas acciones buenas: que él nada hizo en toda su vida, que no fuese con la mayor nobleza; si no hay cosa mas noble para un hombre, que libertar á su patria de los riesgos: que son dichosos aquellos, á quienes por esto honraron sus compatriotas.

Mas que no por eso son infelices los que les quedaron superiores en el beneficio: pero que sin embargo de todos los premios de la virtud, si se hubiese de atender á premios, el mayor

mium, gloriam : esse hanc unam , quæ brevitatem vitæ posteritatis memoriâ consolaretur : quæ efficeret , ut absentes adessemus , mortui viveremus : hanc denique esse , cujus gradibus etiam homines in cœlum viderentur ascendere. De me , inquit , semper populus Romanus , semper omnes gentes loquentur , nulla unquam obmutescet vetustas. Quin hoc tempore ipso , cùm omnes à meis inimicis faces meæ invidiæ subjiciantur , tamen omni in hominum coetu , gratiis agendis , & gratulationibus habendis , & omni sermone celebramur. Omitto Etruriæ festos & actos , & institutos dies : centesima lux est hæc ab interitu P. Clodii , & , opinor , ultra quàm fines imperii populi Romani sunt , ea non solùm fama jam de illo , sed etiam lætitia peragravit. Quamobrem , ubi corpus hoc sit , non , inquit , laboro , quoniam omnibus in terris & jam versatur , & semper habitabit nominis mei gloria.

36 Hæc tu mecum sæpè , his absentibus : sed , iisdem audientibus , hæc ego te-

es la gloria: que esta es la única que nos consuela en la brevedad de la vida con la memoria de la posteridad: la que hace que estemos presentes, aun estando ausentes: que vivamos, aun habiendo muerto: y que finalmente esta es aquella escala por cuyas gradas parece que los hombres suben hasta el cielo. De mí, dice, hablará siempre el pueblo romano; hablarán siempre todas las naciones; por muchos años, que pasen, nunca seré olvidado. Y aun en este mismo tiempo, en que mis enemigos atizan por todos medios el incendio de mi aborrecimiento, sin embargo en todas las concurrencias somos celebrados, dándonosnos gracias, recibiendo parabienes, y todo género de elogios. No digo nada de los dias festivos celebrados y establecidos en la Etruria: cien dias hace hoy que fué la muerte de P. Clodio, y á mi parecer mas allá de los límites del imperio del pueblo romano se estendió ya, no solo la fama de este suceso, sino tambien la alegría. Por lo cual no cuido, dice, del lugar donde esté este cuerpo; porque todo el mundo anda ya, y habitará siempre la gloria de mi nombre.

36 Esto me has dicho tú á mí muchas veces, no oyéndolo estos; pero yo, ó Milon,

tecum, Milo. Te quidem, quod isto animo es, satis laudare non possum: sed, quò est ista magis divina virtus, è majore à te dolore divellor. Nec verò, si mihi eriperis, reliqua est illa saltem ad consolandum querela, ut his irasci possim, à quibus tantum vulnus accepero. Non enim inimici mei te mihi eripient, sed amicissimi: non malè aliquando de me meriti, sed semper optimè. Nullum unquam, Judices, mihi tantum dolorem inuretis, (etsi quis potest esse tantus?) sed ne hunc quidem ipsum, ut obliviscar, quanti me feceritis. Quæ si vos cepit oblivio, aut si in me aliquid offendistis, quis cur non id meo capite potiùs luitur, quàm Milonis? Præclarè enim vixero, si quid mihi acciderit priùs, quàm hoc tantum mali videro.

Nunc me una consolatio sustentat, quòd tibi, T. Anni, nullum à me amoris, nullum studii, nullum pietatis officium defuit. Ego inimicitias potentium pro te appetivi: ego meum sæpè corpus & vitam objeci armis inimicorum tuorum: ego me plurimis pro te supplicem abjeci:

te digo esto en su presencia. No puedo ciertamente acabar de alabarte á vista de tu ánimo; pero, quanto es mas divino ese valor, tanto me es mas doloroso el ser apartado de tí. Y ni, si te me quitan, me queda siquiera el consuelo de quejarme, y el que pueda airarme contra aquellos, de quienes recibiere tan mortal herida. Porque no te me quitarán mis enemigos, sino mis mayores amigos; no sugetos, que alguna vez me hayan ofendido, sino los que siempre me han hecho el mayor favor. Jamas, jueces, me daréis tan grande sentimiento, (aunque ¿cuál puede igualar á este?) ni, aun dándome este mismo, haréis que olvide quanto me habeis estimado siempre: de lo que si estais olvidados, ó si algo hallasteis en mí, que os desagradase, ¿por qué no se paga esto antes con mi vida, que con la de Milon? porque demasiado bien habré vivido, si me faltáre la vida antes de ver tan gran mal.

Ahora solo un consuelo me sostiene, que es haber hecho por tí, ó T. Anio, todos los buenos officios del cariño, del afecto y del amor reverencial. Yo por tí busqué las enemistades de los poderosos: yo espuse muchas veces mi cuerpo y vida á los tiros de tus enemigos: yo por tí me bajé á rogar á muchos;

bona, fortunas meas, ac liberum meorum, in communionem tuorum temporum contuli: hoc denique ipso die, si qua vis est parata, si qua dimicatio capitis futura, depono. Quid jam restat? quid habeo, quod dicam, quod faciam pro tuis in me meritis, nisi ut eam fortunam, quæcumque erit tua, ducam meam? Non recuso, non abnuo: vosque obsecro, Iudices, ut vestra beneficia, quæ in me contulistis, aut in hujus salute augeatis, aut in ejusdem exitio occasura esse videatis.

37 His lacrymis non movetur Milo: est quodam incredibili robore animi: exilium ibi esse putat, ubi virtuti non sit locus: mortem naturæ finem esse, non poenam. Sit hic ea mente, qua natus est. Quid vos, Iudices? quo tandem animo eritis? Memoriam Milonis retinebitis, ipsum ejicietis? & erit dignior locus in terris ullus, qui hanc virtutem excipiat, quàm hic, qui procreavit? Vos, vos appello, fortissimi viri, qui multum pro republica sanguinem effudistis, vos in viri & in civis invicti appello periculo, centuriones, vosque milites: vobis non modò inspectantibus, sed etiam armatis, & huic
ju-

chos: mis bienes y haberes, y los de mis hijos hice participantes de tu desgracia: hoy mismo finalmente, si nos está aparejada alguna fuerza, si ha de haber alguna contienda con peligro de la vida, la quiero y pido. ¿Qué resta ya? ¿qué tengo que decir, ó qué hacer en pago de los beneficios, que me hiciste, sino el reputar por mia tu suerte, sea de tí lo que fuere? No lo rehuso, no me niego á ello: y os ruego, jueces, que, ó bien aumenteis, dando por libre á este, los beneficios, que me hicisteis, ó veais que acabarán con su condenacion.

37 Estas lágrimas no mueven á Milon: es increíble el valor, y valentía de su espíritu: segun su modo de pensar no hay destierro sino donde no tiene lugar la virtud; y la muerte es término de la naturaleza, no pena. Tenga este el espíritu, con que nació. Vosotros, jueces, ¿qué haréis? ¿cuál será finalmente vuestro ánimo hácia él? ¿retendréis la memoria de Milon, y á él le echaréis? ¿y habrá en el mundo algun lugar mas digno de recibir tal valor que este, que le produjo? Á vosotros, á vosotros apelo, hombres esforzadísimos, que habeis derramado mucha sangre en favor del Estado, á vosotros, capitanes, y á vosotros, soldados, apelo
en

judicio præsidentibus, ; hæc tanta virtus ex hac urbe expelletur, exterminabitur, projicietur?

; O me miserum! ; ò infelicem! ; revo- care tu me in patriam, Milo, potuisti per hos; ego te in patria per eosdem retinere non potero? ; Quid respondebo liberis meis, qui te parentem alterum putant? ; quid tibi, Q. frater, qui nunc abes, consorti meorum temporum illorum? ; me non potuisse Milonis salutem tueri per eosdem, per quos nostram ille servasset? ; At in qua causa non potuisse? quæ est grata gentibus. ; A quibus non potuisse? ab iis, qui maximè P. Clodii morte acquierunt. ; Quo deprecante? me.

; Quodnam ego concepi tantum scelus? ; aut quod in me tantum facinus admisi, Judices, cùm illa indicia communis exitii indagavi, patefeci, protuli, extinxi? Omnes in me, meosque redundant ex fonte illo dolores. ; Quid me reducem esse voluistis? ; an, ut, inspectante me, expellerentur, per quos essem restitutus? No-
li-

en el riesgo de un hombre, y un compatriota invencible: estando vosotros no solo mirándolo, sino tambien armados, y presidiendo á este juicio, ¿será este tan gran valor espelido, desterrado y arrojado de esta ciudad?

¿Ay desdichado de mí? ¿ay infeliz! ¿tú pudiste, Milon, volverme á la patria por medio de estos, y yo no te podré mantener á tí en ella por medio de los mismos? ¿Qué responderé á mis hijos, que te tienen por su segundo padre? ¿Qué á tí, hermano Quinto, que ahora estás ausente, compañero mio en aquellos tiempos calamitosos? ¿que yo no he podido salvar á Milon por medio de los mismos, por cuyo medio él me salvó á mí? ¿Y en qué causa no he podido? en una que es agradable á las naciones. ¿De quiénes no puedo lograrlo? de los que lograron en particular su sosiego con la muerte de P. Clodio. ¿Y quién era el intercesor? yo.

¿Qué maldad tan grande hice, ó qué delito tan enorme cometí, jueces, cuando indagué aquellos tratos para la perdicion de todos, los descubrí, saqué á plaza y desvanecí? Todos mis disgustos, y de los míos, me vienen de aquel origen. ¿Para qué quisisteis que volviera? ¿acáso para que á mi vista fueran echados aquellos, por cuyo medio yo ha-

bia

lite, obsecro vos, pati mihi acerbio-
 reditum esse, quàm fuerit ille ipse disces-
 sus. ; Nam qui possum putare me restitutum
 esse, si distrahor ab his, per quos
 restitutus sum?

38 ; Utinam dii immortales fecissent
 (pace tua, Patria, dixerim: metuo enim,
 ne sceleratè dicam in te, quod pro Mi-
 lone dicam piè), utinam P. Clodius non
 modò viveret, sed etiam prætor, consul,
 dictator esset potiùs, quàm hoc specta-
 culum viderem! ; O dii immortales! ; for-
 tem, & à vobis, Judices, conservandum
 virum! Minimè, minimè, inquit. Immò
 verò pœnas ille debitas luerit: nos sub-
 eamus, si ita necesse est, non debitas. ; Hic-
 cine vir patriæ natus, usquam, nisi in pa-
 tria, morietur? ; aut, si fortè pro patria,
 hujus vos animi monumenta retinebitis:
 corporis in Italia nullum sepulchrum esse
 patiemini? ; hunc suâ quisquam sententiâ
 ex hac urbe expellet, quem omnes urbes
 expulsam à vobis ad se vocabunt?

; O terram illam beatam, quæ hunc

bia sido restituido? No querais, os pido, dar lugar á que me sea mas sensible mi vuelta, que lo fué la misma salida: porque, ¿cómo puedo pensar, que he sido restituido á la patria, si soy apartado de aquellos, por quienes lo fuí?

38 ¡Ojalá los dioses inmortales hubieran hecho (con tu licencia, ó Patria, lo diga, porque temo no sea una espresion impía contra tí la que por Milon es piadosa), ojalá, digo, hubieran hecho, que P. Clodio no solo viviese, sino que aun fuese pretor, consul y dictador, antes que viese yo este espectáculo! dioses inmortales, ¿qué valor de hombre; ¿cuán digno, jueces, de ser conservado por vosotros! En ninguna manera, en ninguna manera, dice: antes bien, que él haya llevado el castigo merecido, y nosotros suframos, si así es necesario, el que no debemos. Un hombre, como este, nacido en la patria, ¿ha de morir en otra parte que en la patria? Y si acaso por la patria conservareis vosotros los monumentos de su valor, ¿permitiréis que no haya en la Italia ningun sepulcro para su cuerpo? ¿Habrá alguno que con su voto eche de la ciudad á un sugeto, á quien todas las ciudades, si vosotros le echais, llamarán para sí?

¡O tierra dichosa aquella, que recibiere tal

virum exceperit; hanc ingratham, si e-
cerit: miseram, si amiserit! Sed finis sit,
neque enim præ lacrymis jam loqui pos-
sum: & hic se lacrymis defendi vetat.
Vos oro, obtestorque, Judices, ut in
sententiis ferendis, quod sentietis, id au-
deatis. Vestram virtutem, justitiam, fi-
dem, mihi credite, is maximè probabit,
qui in iudiciis legendis optimum, &
sapientissimum, & fortissimum quemque
legit.

varon; é ingrata esta, si le echare: desdichada, si le perdiere! Pero acabemos: pues ya no me dejan hablar las lágrimas, y este no quiere que se le defienda con ellas. A vosotros, jueces, pido y suplico que no os falte el ánimo para sentenciar segun sintais. Creedme que ninguno mejor aprobará vuestro valor, justicia é integridad, que el que en la eleccion de jueces echó mano de los mejores, mas sabios, y de mas fortaleza.

ARGUMENTO.

Marco Claudio Marcelo, de estado plebeyo, pero de unos ascendientes famosos, y famoso él tambien por su valor, después de su consulado siguió en la guerra civil á Pompeyo. Venido este en los campos de Far-salia, ni quiso juntarse con los que renovaron la guerra en Africa, ni ir á pedir perdón á César, y así se retiró á Milium, ciudad que no habia tomado ningun partido en la guerra. Empleándose allí en las letras, y consolándose con el testimonio de su buena

Distantia silentii. Patres conscripti, non erant his temporibus usus, non tamen aliquid, sed partim dolore, par-

ORACION

POR LA VUELTA

DE MARCO MARCELO.

ARGUMENTO.

Marco Claudio Marcelo, de estado plebeyo, pero de unos ascendientes famosos, y famoso él tambien por su valor, despues de su consulado siguió en la guerra civil á Pompeyo. Vencido este en los campos de Farsalia, ni quiso juntarse con los que renovaron la guerra en Africa, ni ir á pedir perdon á César, y así se retiró á Mitilene, ciudad, que no habia tomado ningun partido en la guerra. Empléándose allí en las letras, y consolándose con el testimonio de su buena

I Diuturni silentii, Patres conscripti, quo eram his temporibus usus, non timore aliquo, sed partim dolore, partim

conciencia, sin pensar en volver á su patria, le alcanzó el senado de César la gracia de que volviese á Roma: por lo que muchos le dieron las gracias, y Ciceron amantísimo de Marcelo, aunque habia determinado guardar silencio, le rompió con esta ocasion, dando muchas gracias á César, y colmándole de alabanzas. Mas Marcelo fué muerto alevosamente por P. Magio Chiron, su amigo, antes de tener el gusto de volver á ver á Roma. Aunque este discurso se hizo por Marcelo, sin embargo Ciceron por congraciarse con César hace una digresion hácia la sospecha, y miedo, que este tenia de que le armaban asechanzas: hace por asegurarle, le exhorta á la cautela, y le ofrece resistir á sus enemigos. Hizo Ciceron este discurso á los sesenta y un años de su edad.

EXORDIO.

El dia de hoy, Padres conscriptos, ha puesto fin al largo silencio, que habia yo guardado en estos tiempos (1) no
por

partim verecundiâ, finem hodiernus dies attulit: idemque initium, quæ vellem, quæque sentirem, meo pristino more dicendi. Tantam enim mansuetudinem, tam inusitatam, inauditamque clementiam, tantum in summa potestâte rerum omnium modum, tam denique incredibilem sapientiam, ac penè divinam tacitus nullo modo præterire possum. M. enim Marcello vobis, Patres conscripti, rei que publicæ reddito, non solùm illius, sed meam etiam vocem, & auctoritatem, & vobis, & reipublicæ conservatam, ac restitutam puto.

Dolebam enim, Patres conscripti, ac vehementer angebar, cùm viderem, virum talem, qui in eadem causa, in qua ego, fuisset, non in eadem esse fortuna: nec mihi persuadere poteram, nec fas esse ducebam, versari me in nostro veteri curriculo, illo æmulo, atque imitatore studiorum, ac laborum meorum, quasi quodam socio, à me, & comite distracto. Ergo & mihi meæ pristinae vitæ consuetudinem, C. Cæsar, interclusam aperuisti, & his omnibus ad benè de omni republica sperandum quasi signum ali-

por algun temor, (2) sino parte por sentimiento, (3) parte por vergüenza: (4) y el mismo dia me hace comenzar á hablar de nuevo segun mi antigua costumbre lo que quiera, y sienta: pues no puedo en ninguna manera pasar en silencio tan gran mansedumbre, tan nunca vista, é inaudita clemencia, tan grande moderacion y templanza, en quien se halla mandándolo todo, y finalmente tan increíble, y casi divina sabiduría. Pues siento, que con restituiros á M. Marcelo á vosotros, Padres conscriptos, y á la república, no solo se os ha conservado, y restituido á vosotros y á ella su voz y autoridad, sino tambien la mia.

Porque me dolia, Padres conscriptos, y me afligia mucho, viendo que un sugeto tal, que habia sido del mismo partido que yo, no tenia la misma fortuna: y no me podia reducir, ni me parecia lícito seguir yo en nuestra antigua carrera, apartado de mí aquel émulo, é imitador de mis estudios, que fué como un compañero mio perpetuo en mis trabajos. Y así, C. Cesar, á mí me volviste al modo de vivir antiguo, que estaba interrumpido, y á todos estos les levantaste como una bandera, para que concibieran buena esperanza sobre el Estado. Porque has dado á

aliquod sustulisti. Intellectum est enim mihi quidem in multis, & maximè in me ipso, sed paulo antè omnibus, cùm M. Marcellum senatui populoque Romano concessisti, commemoratis præsertim offensionibus, te auctoritatem hujus ordinis dignitatemque reipublicæ tuis vel doloribus vel suspicionibus anteferre. Ille quidem fructum omnis vitæ antè actæ hodierno die maximum cepit, cùm summo consensu senatûs, tum præterea judicio tuo gravissimo & maximo: ex quo profectò intelligis, quanta in dato beneficio sit laus, cùm in accepto tanta sit gloria. Est verò fortunatus ille, cujus ex salute non minor penè ad omnes, quàm ad illum ventura sit, lætitia pervenerit. Quod ei quidem meritò, atque optimo jure contigit. Quis enim est illo aut nobilitate, aut probitate, aut optimarum artium studio, aut innocentia, aut ullo genere laudis præstantior?

2 Nullius tantum est flumen ingenii, nulla dicendi, aut scribendi tanta vis, tanta copia, quæ non dicam exornare, sed enarrare, C. Cesar, res tuas gestas possit.

entender, á mí á la verdad ya antes en lo que hiciste con muchos y particularmente conmigo mismo, mas poco ha á todos, cuando concediste la vuelta de M. Marcelo, al senado y pueblo romano, mayormente habiendo hecho memoria de los sentimientos, que tenias de él, has dado á entender, digo, que anteponias la autoridad de este orden y dignidad de la república, á tus resentimientos, ó sospechas. El verdaderamente cogió el dia de hoy un fruto copiosísimo de toda su vida pasada, así por el sumo consentimiento del senado, como tambien por tu muy grave, y acreditado juicio: de lo cual sin duda entiendes, cuan gloriosa cosa sea el conceder el beneficio, cuando lo es tanto el recibirle. Él es ciertamente dichoso, cuando su restablecimiento ha causado en todos casi igual alegría, que le ha de causar á él mismo; bien que esta dicha la merece muy justamente. Porque ¿quién le aventaja en nobleza, en bondad, en el estudio de las bellas letras, en la inocencia de costumbres, y en todas las demas prendas loables?

CONFIRMACION.

2 No hay rio de elocuencia tan caudaloso, no hay valentía, ni afluencia en lengua, ó pluma, tan grande, que pueda, C. Cesar, no diré yo ilustrar, mas ni aun con-

sit. Tamen hoc affirmo & hoc pace dicam tua, nullam in his esse laudem ampliore, quàm eam, quam hodierno die consecutus es. Soleo sæpè ante oculos ponere, idque libenter crebris usurpare sermonibus, omnes nostrorum imperatorum, omnes exterarum gentium potentissimorumque populorum, omnes clarissimorum regum res gestas cum tuis, nec contentionum magnitudine, nec numero præliorum, nec varietate regionum, nec celeritate conficiendi, nec dissimilitudine bellorum, posse conferri: nec verò disjunctissimas terras citiùs cujusquam passibus potuisse peragrari, quàm tuis non dicam cursibus, sed victoriis lustratæ sunt.

Quæ quidem ego nisi ita magna esse fatear, ut ea vix cujusquam mens aut cogitatio capere possit, amens sim: sed tamen sunt alia majora. Nam bellicas laudes solent quidam extenuare verbis, easque detrahere ducibus, communicare cum multis, ne propriæ sint imperatorum. Et certè in armis militum virtus, locorum opportunitas, auxilia sociorum, classes, commeatus, multum juvant. Maximam verò partem quasi suo jure Fortuna sibi vindic-

tar tus hazañas. Sin embargo una cosa afirmo, y la diré con tu licencia, que ninguna de ellas es mas gloriosa, que la que has hecho el dia de hoy. Suelo muchas veces proponer á mi consideracion, y decirlo con gusto continuamente en las conversaciones, que todas las hazañas de nuestros generales, todas las de las naciones extranjeras, y pueblos mas poderosos, todas las de los reyes mas esclarecidos, no se pueden comparar con las tuyas, ni en la grandeza de las contiendas, ni en el número de las batallas, ni en la diversidad de los paises, ni en la presteza en acabarlas, ni en la diferencia de guerras; y que no pudo ninguno andar tierras tan distantes entre sí, mas presto, que tú las has corrido con tus victorias.

Las cuules hazañas, á la verdad si no confieso que son tan grandes, que apenas pueden caber en discurso, ó pensamiento humano, soy un loco; pero sin embargo hay otras mayores. Porque las alabanzas bélicas suelen algunos minorarlas, quitarlas á los caudillos, y hacer participantes de ellas á otros muchos, para que no se la lleven los generales solos. Y ciertamente que en punto de armas ayudan mucho el valor de la tropa, la ventaja del sitio, los socorros de los aliados, las armadas, y
 los

dicat, &, quidquid est prosperè gestum, id penè omne ducit suum.

At verò hujus gloriæ, C. Cesar, quam es paulo antè adeptus, socium habes neminem. Totum hoc, quantumcumque est, quod certè maximum est, totum est, inquam, tuum. Nihil sibi ex ista laude centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. Quin etiam illa ipsa rerum humanarum domina Fortuna, in istius se societatem gloriæ non offert: tibi cedit: tuam esse totam, & propriam fatetur. Nunquam enim temeritas cum sapientia commiscetur, nec ad consilium casus admittitur.

3 Domuisti gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis infinitas, omni copiarum genere abundantes; sed tamen ea vicisti, quæ & naturam, & conditionem, ut vinci possent, habebant. Nulla est enim tanta vis, quæ non ferro ac viribus debilitari frangique possit. Animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare, adversarium nobilitate, ingenio, virtute præstantem, non modò extollere jacentem, sed etiam

los víveres. Y muy gran parte se lo apropió la fortuna, como debida de derecho, teniendo por suyo casi todo cuanto se hizo con felicidad.

Mas en esta gloria, que acabas de conseguir, C. Cesar, no tienes ningun compañero. Todo, cuanto ello es, que es en efecto muy mucho, todo es, digo, tuyo. Nada te quita de esa gloria el capitán, nada el coronel, nada la compañía de á pie, nada la de á caballo. Ni aun la misma fortuna, que es la señora de las cosas humanas, se presenta para participar de esa gloria: te la cede á tí: confiesa que es toda privativa, y propia tuya. Porque jamas la temeridad se mezcla con la prudencia, ni al acaso se le admite al consejo.

3 Domaste naciones bárbaras, incapaces de reducirse á guarismo, que ocupaban una estension sin término, y estaban provistas de todo género de bastimentos; pero sin embargo en esto no hiciste mas que vencer lo que por su naturaleza, y condicion era vencible. Porque no hay poder por grande que sea, que no puedan debilitar, y quebrantar el hierro, y las fuerzas. El que se vence á sí mismo, refrena la ira, usa con moderacion de la victoria, y al contrario caido, recomendable por su

amplificare ejus pristinam dignitatem: hæc qui faciat, non ego eum cum summis viris comparo, sed simillimum Deo judico.

Itaque, C. Cæsar, bellicæ tuæ laudes celebrabuntur illæ quidem non solum nostris, sed penè omnium gentium litteris, atque linguis, neque ulla unquam ætas de tuis laudibus conticescet. Sed tamen ejusmodi res, nescio quomodo, etiam cùm leguntur, obstrepi clamore militum videntur, & tubarum sono. At verò, cùm aliquid clementer, mansuetè, justè, moderatè, sapienter factum, in iracundia præsertim, quæ est inimica consilio, & in victoria, quæ naturâ insolens & superba est, aut audimus, aut legimus: ; quo studio incendimur, non modò in gestis rebus, sed etiam in fictis, ut eos sæpè, quos nunquam vidimus, diligamus? ; Te verò, quem præsentem intuemur, cujus mentem, sensusque cernimus, ut, quidquid belli fortuna reliquum reipublicæ fecerit, id esse salvum velis, quibus laudibus efferamus? ; quibus studiis prosequemur? ; quâ benevolentiam complectemur? Parietes, medius fidius,
C.

nobleza, ingenio y valor, no solo le levanta del suelo, sino que aun le acrecienta su antigua dignidad; ese á mi parecer no como quiera se ha de comparar con los mayores hombres, sino que se asemeja muchísimo á los dioses.

Y así, C. Cesar, tus alabanzas bélicas serán celebradas, no solo en nuestros escritos, y lenguas, sino tambien en las de casi todas las naciones: ni por muchos siglos, que pasen, se dejará de hablar de ellas. Pero sin embargo estas cosas, no sé como, aun cuando se oyen, parece como que no las deja percibir bien el clamor de los soldados, y el sonido de las trompetas. Mas cuando oimos, ó leemos algun hecho de clemencia, mansedumbre, justicia, moderacion ó cordura, especialmente en asunto de ira, que es enemiga del consejo, y en punto de victoria, que de suyo es insolente, y soberbia, en qué afecto no nos inflamamos? y esto no solo cuando se trata de algun hecho cierto, sino tambien aun cuando es una narracion fabulosa, de manera que amamos muchas veces á los que nunca hemos visto. Mas á tí, á quien miramos presente, cuyas intenciones, y pensamientos vemos de querer salvar lo que la fortuna de la guerra le dejó en pie á la república, ¿qué alabanzas te daremos? ¿con qué afectos, y con qué cariño te miraremos? á

fe

C. Cæsar, hujus curiæ, ut mihi videtur, tibi gratias agere gestiunt, quòd brevi tempore futura sit, illa auctoritas in his majorum suorum, & suis sedibus.

4 Equidem cùm C. Marcelli, viri optimi & commemorabili pietate præditi lacrymas modò vobiscum viderem, omnium Marcellorum meum pectus memoria effodit. Quibus tu etiam mortuis, M. Marcello conservato, dignitatem suam reddidisti, nobilissimamque familiam, jam ad paucos redactam, penè ab interitu vindicasti. Hunc tu igitur diem tuis maximis & innumerabilibus gratulationibus jure antepones. Hæc enim res unius est propria C. Cæsaris: cæteræ, duce te, gestæ, magnæ illæ quidem, sed tamen multo, magnoque comitatu. Hujus autem rei tu idem es & dux & comes: quæ quidem tanta est, ut trophæis, monumentisque tuis allatura sit finem ætas; (nihil est enim opere aut manu factum, quod aliquando non conficiat & consumat vetustas) at verò hæc tua justitia, & lenitas animi florescet quotidie magis, ita ut, quantum operibus tuis diuturnitas detrahet, tantum

fe mia, C. Cesar, que las paredes de esta curia parece que se deshacen por darte las gracias de que en breve tiempo han de ver la autorizada persona de Marcelo ocupando estos mismos asientos de sus mayores y suyos.

4 *Á la verdad cuando veia poco ha con vosotros las lágrimas de C. Marcelo, sugeto de la mayor bondad, y recomendable por el afecto singular á su hermano, traspasó mi pecho la memoria de todos los Marcelos; á los cuales, aunque muertos, con haberles conservado á M. Marcelo, les has restituido su dignidad, y libertado casi de su total extincion á una familia nobilísima, ya reducida á pocos. Tú antepondrás, pues, con razon la gloria de este dia á todas las demas tuyas, aunque muy grandes é innumerables. Pues esta es propia, y privativa de C. Cesar: las demas hazañas, que se han hecho bajo de tu mandado, fueron sí grandes, pero sin embargo se han hecho con grande y numeroso acompañamiento. Mas en esta tú mismo eres el capitán, y el compañero; en esta, digo, que es tan grande, que, aunque tus trofeos, y monumentos se han de acabar con el tiempo (porque no hay cosa hecha por trabajo y mano de hombres, que él alguna vez no aca-*

tum adferat laudibus. Et cæteros quidem omnes victores bellorum civilium jam antè æquitate & misericordiâ viceras: hodierno verò die te ipsum vicisti. Vereor, ut hoc, quod dicam, perinde intelligi auditu possit, atque ego ipse cogitans sentio. Ipsam victoriam vicisse videris, cùm ea ipsa, quæ illa erat adepta, victis remisisti. Nam, cùm ipsius victoriæ conditione jure omnes victi occidissemus, clementiæ tuæ judicio conservati sumus. Rectè igitur unus invictus es, à quo etiam ipsius victoriæ conditio visque devicta est.

5 Atque hoc C. Cæsaris judicium, Patres conscripti, quàm latè pateat, attendite. Omnes enim, qui ad illa arma fato sumus nescio quo reipublicæ misero funestoque compulsi, etsi aliquâ culpa tenemur erroris humani, à scelere certè liberati sumus. Nam, cùm M. Marcel- lum, deprecantibus vobis, reipublicæ,
Cæ-

acabe), esta tu justicia, blandura y mansedumbre, florecerá cada dia mas, de manera que cuanto quite el tiempo á tus obras, tanto añadirá á tus alabanzas. Y por lo que mira á la equidad y misericordia, ya antes habias dejado atrás á todos los demas vencedores en las guerras civiles: mas en el dia de hoy te has vencido á tí mismo. Temo que lo que voy á decir no se pueda entender de los que lo oigan, como yo lo siento acá para conmigo: parece que has vencido á la misma victoria, cuando has dejado á los vencidos lo mismo que ella habia conseguido. Porque, siendo así que habia derecho para quitarnos la vida á todos los que lo habíamos sido, exigiéndolo así la naturaleza de la misma victoria, hemos sido conservados por acuerdo de tu clemencia. Con razon pues eres el solo invencible, cuando venciste hasta la naturaleza, y violencia de la misma victoria.

5 Y habeis de reparar, Padres conscriptos, hasta donde se estiende este acuerdo de C. Cesar. Todos los que hemos sido arrastrados á aquella guerra por no sé qué lastimosa, y funesta fatalidad de la república, aunque estamos comprehendidos en alguna culpa de error humano, estamos ciertamente libres de maldad. Porque, cuando Cesar con-

Cæsar conservavit; memet mihi & item reipublicæ, nullo deprecante; reliquos amplissimos viros & sibi ipsis & patriæ reddidit, quorum & frequentiam, & dignitatem hoc ipso in consessu videtis: non ille hostes induxit in curiam; sed judicavit, à plerisque ignoratione potiùs & falso atque inani metu, quàm cupiditate aut crudelitate, civile bellum esse susceptum. Quo quidem in bello semper de pace agendum, audiendum, putavi, semperque dolui, non modò pacem, sed orationem etiam civium pacem efflagitantium, repudiari. Neque enim ego illa nec ulla unquam secutus sum arma civilia, semperque mea consilia pacis & togæ socia, non belli atque armorum fuerunt. Hominem sum secutus privato officio, non publico: tantumque apud me grati animi fidelis memoria valuit, ut nulla non modò cupiditate, sed ne spe quidem, prudens & sciens, tamquam ad interitum ruerem voluntarium.

servó por vuestros ruegos á la república á M. Marcelo; á mí por mí mismo, y tambien por la república sin que nadie se lo pidiese; y quando restableció á los demas dignísimos varones, así por ellos mismos, como por la patria, como los veis asistir en esta misma asamblea en gran número, y con la dignidad correspondiente: cuando él hizo esto, digo, no metió enemigos en la curia, sino que juzgó que los mas habian emprendido la guerra civil mas por ignorancia, y por un falso, y vano miedo que por ambicion y crueldad. En la cual guerra á la verdad yo siempre fuí de parecer de que se debia tratar de paz, y dar oidos á las proposiciones de ella, y siempre sentí que no solo se desechase esta, sino tambien los discursos de los ciudadanos, que la pedian con instancia. Porque nunca seguí yo ni aquellas, ni ningunas otras armas civiles, y siempre mis consejos estuvieron de parte de la paz, y de la concordia, no de parte de la guerra y de las armas. Seguí al sugeto por obligacion particular (5), no por pública: y pudo tanto para conmigo el reconocimiento de un ánimo agradecido, que no solo sin ninguna ambicion, mas aun sin ninguna esperanza, sabiéndolo y conociéndolo, fuí como quien corre á una muerte voluntaria.

Quod quidem meum consilium minime obscurum fuit. Nam in hoc ordine, integra re, multa de pace dixi, & in ipso bello eadem etiam cum capitis mei periculo sensi. Ex quo nemo erit tam injustus rerum aestimator, qui dubitet, quæ Cæsaris voluntas de bello fuerit, cum pacis auctores conservandos statim censuerit, cæteris fuerit iratior. Atque id minus mirum fortasse tum, cum esset incertus exitus & anceps fortuna belli. Qui verò victor pacis auctores diligit, is profectò declarat, se maluisse non dimicare, quàm vincere.

6 Atque hujus quidem rei M. Marcello sum testis. Nostri enim sensus, ut in pace semper, sic tum etiam in bello congruebant. Quoties ego eum, & quanto cum dolore vidi, cum insolentiam certorum hominum, tum etiam ipsius victoriæ ferocitatem extimescentem? Quo gratior tua liberalitas, C. Cæsar, nobis, qui illa vidimus, debet esse. Non enim jam causæ sunt inter se, sed victoriæ comparandæ.

Y este modo de pensar mio fué bien patente. Porque no solo aquí en el senado hablé largamente acerca de la paz, cuando aun no se habia llegado á rompimiento, sino que tambien en la misma guerra fuí del mismo sentir aun con riesgo de mi vida. Por lo cual no habrá ningun apreciador de las cosas tan injusto, que dude cual fué la voluntad de César sobre esta guerra, cuando á los que aconsejaban la paz acordó restablecerlos sin dilacion, y con los demas se mostró mas enojado. Y esto acaso seria menos extraño, cuando aun era incierto el éxito y dudoso el suceso de la guerra. Mas el que ya vencedor estima, y ama á los que aconsejaban la paz, muestra bien claramente, que quiso mas no pelear, que vencer.

6 Y en este particular le soy yo buen testigo á M. Marcelo. Porque nuestros pareceres concordaban tambien entonces en la guerra, como habia sucedido siempre en la paz. ¿Cuántas veces, y con cuánto dolor le ví yo temblar así de la insolencia de ciertos sugetos, como tambien de la ferocidad de la misma victoria? Por lo cual á los que vimos aquello, nos debe ser, C. César, mas agradable tu bondad. Pues ya no se han de comparar entre sí los partidos, sino las victorias.

Vidimus tuam victoriam præliorum exitu terminatam: gladium vaginâ vacuum in urbe non vidimus. Quos amisimus cives, eos Martis vis perculit, non ira victoriæ: ut dubitare debeat nemo, quin multos, si fieri posset, C. Cæsar ab inferis excitaret: quoniam ex eadem acie conservat, quos potest. Alterius verò partis nihil ampliùs dicam, quàm id, quod omnes verebamur, nimis iracundam futuram fuisse victoriam. Quidam enim non modò armatis, sed interdum etiam otiosis minabantur: nec, quid quisque sensisset, sed ubi fuisset, cogitandum esse dicebant: ut mihi quidem videantur dii immortales, etiam si pœnas à populo Romano ob aliquod delictum expetiverunt, qui civile bellum tantum, & tam luctuosum excitaverunt, vel placati jam, vel etiam satiati aliquando, omnem spem salutis ad clementiam victoris, & sapientiam contulisse.

Quare gaude tuo isto tam excellenti bono, & fruere cùm fortuna, & gloria, tum etiam naturâ, & moribus tuis, ex quo quidem maximus est fructus, jucunditasque sapienti. Cætera cùm tua recorda-

Vimos tu victoria terminada con las mismas batallas: no hemos visto en la ciudad espada desenvainada. Los ciudadanos, que perdimos, los mató la violencia de Marte, no la ira del vencedor: de manera que ninguno debe dudar, que á muchos volveria C. César á la vida, si fuera posible; pues conserva á los que puede del mismo ejército. Mas del otro partido no diré mas, que lo que todos temíamos, que habia de haber sido muy sangrienta la victoria: porque algunos amenazaban no solo á los que habian tomado las armas, sino tambien algunas veces á los que se estaban quietos, y decian que no se habia de pensar, cual habia sido el sentir de cada uno, sino en donde habia estado. De modo que me parece que los eternos dioses, aunque pretendieron castigar al pueblo romano por algun delito, cuando levantaron una guerra civil tan terrible, y tan funesta, ó aplacados ya, ó saciados por fin, han puesto toda la esperanza del remedio en la clemencia, y cordura del vencedor.

Por lo cual vive alegre con esta tan excelente prenda tuya, y goza no solo de tu fortuna y gloria, sino tambien de tu genio, y conducta, que es de donde el sabio saca el mayor fruto, y complacencia. Cuando te acor-

dabere, etsi persæpè virtuti, tamen plerumque felicitati tuæ gratulabere. De nobis, quos in republica tecum simul salvos esse voluisti, quoties cogitabis, toties de maximis tuis beneficiis, toties de incredibili liberalitate, toties de singulari tua sapientia cogitabis: quæ non modò summa bona, sed nimirum audebo vel sola dicere. Tantus est enim splendor in laude vera, tanta in magnitudine animi & consilii dignitas, ut hæc à virtute donata, cætera à fortuna commodata esse videantur. Noli igitur in conservandis bonis viris defatigari, non cupiditate præsertim aut pravitate aliqua lapsis, sed opinione officii, stultâ fortasse, certè non improbâ, & specie quadam reipublicæ. Non enim tua ulla culpa est, si te aliqui timuerunt; contraque summa laus, quod plerique minimè timendum fuisse senserunt.

7 Nunc verò venio ad gravissimam querelam, & atrocissimam suspicionem tuam, quæ non tibi ipsi magis, quàm
cùm

darás de los otros tus hechos, aunque muchísimas veces te congratularás con tu valor, sin embargo las mas será con tu felicidad. Mas cuantas veces pensarás acerca de nosotros á quienes quisiste mantener contigo salvos en el Estado, tantas veces pensarás sobre tus mayores beneficios, tantas sobre tu increíble liberalidad, tantas sobre tu singular cordura: bienes, que me atreveré á decir que son no solo los mayores, sino aun los únicos. Porque es tan grande el resplandor que hay en la alabanza verdadera, tanta la dignidad en la grandeza de ánimo, y acierto en el consejo, que esto solo parece don de la virtud, y lo demas empréstito de la fortuna. No te canses pues de salvar la vida á los hombres de bien, particularmente habiendo caido, no por ambicion, ó maldad, sino por el errado concepto de que hacian lo que debian; concepto acaso necio, mas ciertamente no malo, y formado por cierta apariencia de bien comun. Porque no es culpa tuya el que algunos te hayan temido; y al contrario es tu mayor alabanza el que los mas juzgaron que de ninguna manera se te debia temer.

7 Mas ahora voy á hablar de tu gravísima queja y atrocísima sospecha, que deben precaver, tanto como tú, todos los demas
ciu-

cùm omnibus civibus, tum maximè nobis, qui à te conservati sumus, providenda est. Quam etsi spero esse falsam, nunquam tamen verbis extenuabo. Tua enim cautio, nostra cautio est: ut, si in alterutro peccandum sit, malim videri nimis timidus, quàm parùm prudens. Sed quisnam est ille tam demens? De tuisne? tametsi qui magis sunt tui, quàm quibus tu salutem insperantibus reddidisti? An ex eo numero, qui unà tecum fuerunt? Non est credibilis tantus in ullo furor, ut, quo duce omnia summa sit adeptus, hujus vitam non anteponat suæ. At, si tui nihil cogitant sceleris, cavendum est, ne quid inimici. Qui? omnes enim qui fuerunt, aut suâ pertinaciâ vitam amiserunt, aut tuâ misericordiâ retinuerunt, ut aut nulli supersint de inimicis, aut, qui superfuerunt, amicissimi sint.

Sed tamen, cùm in animis hominum tantæ latebræ sint, & tanti recessus, augeamus sanè suspicionem tuam: simul enim augebimus & diligentiam. Nam quis est omnium tam ignarus rerum, tam rudis in republica, tam nihil unquam
nec

ciudadanos, y particularmente nosotros, que te debemos nuestra conservacion. Y aunque creo, que ella es falsa, nunca sin embargo la tiraré á minorar con mis palabras. Porque en tu resguardo está nuestro resguardo, y, si se ha de errar en una de las dos cosas, mas quiero parecer demasiado tímido, que poco prudente. ¿Pero quién es ese tan loco? ¿es acaso de los tuyos? aunque ¿quiénes mas tuyos, que aquellos, á quienes tú sin esperarlo salvaste? ¿acaso es del número de los que estuvieron contigo? no es creible tan gran furor en ninguno, que no anteponga á su vida la de aquel, bajo de cuyo mando consiguió todo cuanto habia que conseguir. Mas si los tuyos no tienen ningun perverso designio, se debe precaver no le tengan los enemigos. ¿Quiénes? porque todos los que lo fueron, ó por su pertinacia perdieron la vida, ó la conservaron por tu misericordia; de manera que ó no queda ninguno de tus enemigos, ó si algunos quedan, esos son tus mayores amigos.

Pero sin embargo habiendo tantas emboscadas y tantos senos en los corazones humanos, aumentemos en hora buena tu sospecha: pues juntamente aumentaremos tambien el cuidado. Porque ¿quién hay tan generalmente ignorante de todo, tan idiota en lo que toca

nec de sua, nec de communi salute cogitans, qui non intelligat, tua salute contineri suam, & ex unius tua vita pendere omnium? Equidem de te dies noctesque, ut debeo, cogitans, casus dumtaxat humanos, & incertos eventus valetudinis, & naturæ communis fragilitatem extimesco: doleoque, cum respublica immortalis esse debeat, eam in unius mortalis anima consistere. Si verò ad humanos casus, incertosque eventus valetudinis, sceleris etiam accedat, insidiarumque consensio, quem deum, si cupiat, opitulari posse reipublicæ credamus?

8 Omnia sunt excitanda tibi, C. Cæsar, uni, quæ jacere sentis, belli ipsius impetu, quod necesse fuit, percussa, atque prostrata: constituenda judicia, revocanda fides, comprimendæ libidines, propaganda soboles: omnia, quæ dilapsa jam fluxerunt, severis legibus vincienda sunt. Non fuit recusanda in tanto civili bello, tantoque animorum ardore & armorum, quin quassata respublica, quicumque belli eventus fuisset, multa perderet & ornamenta dignitatis, & præsidia stabilitatis suæ: multaque uterque dux
fa-

á la república, tan del todo olvidado de pensar en su bien particular, y en el comun, que no entienda que de tu vida pende la conservacion de la suya, y la de todos? Yo á la verdad pensando en tí dias y noches, como debo, á vista solo de las contingencias humanas, de la incertidumbre, á que está sujeta la vida, y de la fragilidad de nuestra comun naturaleza, tiemblo: y siento que, cuando la república debe ser eterna, dependa de la vida de un solo mortal. Mas, si con los acasos humanos y con la incertidumbre de la vida conspiraren tambien la maldad, y traicion, ¿qué deidad, aunque quiera, creéremos, que podrá favorecer á la república?

8 Tú solo, C. César, tienes que volver á poner en pie todo el Estado, que ves por tierra, derribado con la furia de la misma guerra, como era preciso: tienes que restablecer la justicia, que hacer revivir la buena fe, refrenar las pasiones, y procurar la poblacion: tienes que atajar con severas leyes la disolucion general, que hay en todo. No se debió rehusar en tan gran guerra civil, y en tan gran ardor de voluntades y armas, que la república maltratada, fuese el que fuese el suceso de la guerra, perdiese mucho del lustre de su dignidad, y muchas columnas de

faceret armatus, quæ idem togatus fieri prohibuisset. Quæ quidem nunc tibi omnia belli vulnera curanda sunt: quibus, præter te, mederi nemo potest.

Itaque illam tuam præclarissimam & sapientissimam vocem invitus audivi: satis te diu, vel naturæ vixisse, vel gloriæ. Satis, si ita vis, naturæ fortasse: addo etiam, si placet, gloriæ: at, quod maximum est, patriæ certè parum. Quare omitte, quæso, istam doctorum hominum in contemnenda morte prudentiam: noli nostro periculo sapiens esse. Sæpè enim venit ad aures meas, te idem istud nimis crebrò dicere, satis te tibi vixisse. Credo: sed tum id audirem, si tibi soli viveres, aut si tibi etiam soli natus esses. Nunc, cùm omnium salutem civium, cunctamque rempublicam res tuæ gestæ complexæ sint, tantùm abes à perfectione maximorum operum, ut fundamenta, quæ cogitas, nondum jeceris. ; Hic tu modum tuæ vitæ non salute reipublicæ, sed æquitate animi, definies? ; Quid, si istud ne gloriæ quidem tuæ satis est? cujus te esse avidissimum, quamvis sis sapiens, non negabis.

; Pa-

su estabilidad: y que hiciese uno, y otro capitán armado muchas cosas, que él mismo en tiempo de paz hubiera prohibido que se hiciesen. Pues todas estas heridas de la guerra las tienes tú que curar ahora, y ninguno, sino tú, puede sanar de ellas á la república.

Y así oí con disgusto aquella tu tan heroica, y sabia espresion de que habias vivido bastante tiempo para satisfacer ó á la naturaleza, ó á la gloria. Bastante, si así lo quieres, para satisfacer acaso á la naturaleza: añado tambien, si así te agrada, para una gloria cumplida: mas ciertamente para la patria, que es lo mas, has vivido poco. Por lo cual desecha, te suplico, esa prudencia de los hombres doctos en despreciar la muerte: no quieras ser sabio á nuestra costa.

Porque muchas veces oigo que dices con demasiada frecuencia esto mismo, que has vivido bastante para tí. Créolo así; pero esto vendria bien, si vivieras para tí solo, ó si para tí solo hubieras nacido. Ahora, cuando tus hechos han abrazado el bien de todos los ciudadanos, y todo el Estado, tan lejos estás de haber concluido las obras mayores, que aun no has echado los cimientos, que piensas. ¿Qué? ¿tú pondrás coto á tu vida, no atendiendo á la salud del Estado, sino á tu serenidad

¶ Parumne igitur, inquires, gloriam magnam relinquemus? Immò verò aliis, quamvis multis, satis; tibi uni parum. Quidquid enim est, quamvis amplum sit, id certè parum est tum, cùm est aliquid ampliùs. Quòd si rerum tuarum immortalium, C. Cæsar, hic exitus futurus fuit, ut, devictis adversariis, rempublicam in eo statu relinqueres, in quo nunc est, vide quæso, ne tua divina virtus admirationis plus sit habitura, quàm gloriæ: si quidem gloria est illustris, ac pervagata multorum & magnorum vel in suos, vel in patriam, vel in omne genus hominum, fama meritorum.

9 Hæc igitur tibi reliqua pars est, hic restat actus; in hoc elaborandum est, ut rempublicam constituas, eaque tu in primis cùm summa tranquillitate & otio perfruare. Tum te, si voles, cùm & patriæ, quod debes, solveris, & naturam ipsam expleveris satietate vivendi, satis diu vixisse dicito. ¶ Quid est enim omnino hoc
ipsum

dad de ánimo? ; Y qué diremos, si eso, que hasta ahora has hecho, ni aun basta para satisfaccion de tu gloria, de la que no negarás que eres muy deseoso, aunque sábio?

Pues qué, me dirás, ; acaso será pequeña la gloria, que dejamos? Antes bien para otros, aunque sean muchos, será bastante; para tí solo será poca. Porque todo lo que se tiene, aunque sea mucho, es sin duda poco, cuando aun hay otra cosa mayor. Y, si tus hazañas, cuya memoria durará eternamente, hubieren de parar, C. César, en dejar despues de vencidos tus contrarios á la república en el estado en que ahora se halla, mira, te ruego, no sea que tu divino valor haya de ser mas admirado, que glorioso: pues que la gloria es una fama ilustre y estendida, de muchos, y grandes servicios, hechos, ó á los suyos, ó á la patria, ó á todo el género humano.

9 Esta parte pues, esta te falta aun; este acto te resta; á este fin debes trabajar, de asentar, y establecer el Estado, y gozar de él tú en primer lugar con suma tranquilidad y sosiego: y, cuando ya hayas pagado á la patria lo que la debes, y tengas ya la naturaleza harta, y satisfecha de vivir, entonces dí, si te pareciere, que has vivido bas-

ipsum diu, in quo est aliquid extremum, quod cùm venerit, omnis voluntas præterita pro nihilo est, quia postea nulla futura sit? Quamquam iste tuus animus nunquam iis angustiis, quas natura nobis ad vivendum dedit, contentus fuit, semperque immortalitatis amore flagravit.

Nec verò hæc tua vita ducenda est, quæ corpore & spiritu continetur. Illa, inquam, illa vita est tua, Cæsar, quæ vigebit memoriâ sæculorum omnium: quam posteritas alet, quam ipsa æternitas semper tuebitur. Huic tu inservias, huic te ostentes, oportet: quæ quidem, quæ miretur, jam pridem multa habet; nunc, etiam quæ laudet, expectat. Obstupescant posteri certè imperia, provincias, Rhenum, Oceanum, Nilum, pugnas innumerabiles, incredibiles victorias, monumenta, munera, triumphos audientes & legentes tuos. Sed, nisi hæc urbs stabilita tuis consiliis & institutis erit, vagabitur modò nomen tuum longè atque latè; sedem quidem stabilem & domicilium certum non habebit. Erit inter eos etiam, qui nascentur, sicut inter nos fuit, magna dissensio, cùm alii laudibus ad

bastante tiempo. Porque, ¿qué es al cabo este mucho, en que hay un término, que cuando llega, ya todo el deleite pasado es nada, pues ya no le ha de haber en adelante? Aunque ese tu ánimo jamas se contentó con estos estrechos límites, que la naturaleza nos dió para vivir, y siempre deseó ardientemente la inmortalidad.

Y no se ha de decir, ó llamar, tu vida esta, que está reducida al cuerpo, y al aliento. Aquella, digo, aquella es tu vida, ó C. César, que durará en la memoria de todos los siglos: la que alimentará la posteridad, y la que la misma eternidad conservará siempre. A esta es menester que des gusto, con esta es menester que te muestres grande: y si bien ya ha mucho tiempo, que la das harto que admirar; mas ahora espera que la des tambien que alabar. Se pasmarán los siglos venideros sin duda al oir, y leer tus generatos, tus gobiernos, las empresas del Rhin, (6) del Océano, del Nilo, tus innumerables batallas, tus increíbles victorias, los monumentos, que has erigido, los espectáculos que has dado, y tus triunfos. Pero, si no establecieres sobre un pie firme esta ciudad con tus acuerdos y reglamentos, se estenderá sí tu nombre mucho por todas partes; mas no
 ten-

coelum res tuas gestas efferent : alii fortassè aliquid requirent , idque vel maximum , nisi belli civilis incendium salute patriæ restinxeris : ut illud fati fuisse videatur , hoc consilii. Servi igitur iis etiam iudicibus , qui multis post sæculis de te iudicabunt ; & quidem haud scio , an incorruptiùs , quàm nos. Nam & sine amore & sine cupiditate , & rursus sine odio & sine invidia iudicabunt. Id autem etiam si tunc ad te , ut quidam falsò putant , non pertinebit ; nunc certè pertinet , esse te talem , ut tuas laudes obscuratura nulla unquam sit oblivio.

10 Diversæ voluntates civium fuerunt , distractæque sententiæ. Non enim consiliis solùm & studiis , sed armis etiam & castris dissidebamus. Erat autem obscuritas quædam , erat certamen inter clarissimos duces : multi dubitabant , quid optimum esset : multi , quid sibi expediret : multi , quid deceret : nonnulli etiam , quid liceret. Perfuncta respublica est hoc misero fatalique bello : vicit is , qui non
for-

tendrá asiento estable, ni domicilio fijo. Habrá tambien entre los venideros grande discordia, como la hubo entre nosotros: y unos pondrán en las nubes tus hazañas, y otros acaso echarán menos alguna cosa, y que quizá es la principal, si no hubieres apagado el incendio de la guerra civil con la salud del Estado: como que parece que aquella fué obra del hado, y esta de la prudencia. Haz pues por contentar tambien á aquellos jueces, que de aquí á muchos siglos han de juzgar de tí: y no sé si acaso con mas integridad, que nosotros. Porque ellos no juzgarán llevados del afecto y deseo, ni tampoco del odio, y de la envidia. Y aunque esto no lo percibieses entonces segun el errado dictamen de algunos, á lo menos ahora te toca ser tal, que jamas pueda obscurecer el olvido tus alabanzas.

10 Estuvieron divididas las voluntades de los ciudadanos, hubo discordia en los pareceres. No solo discordábamos en los dictámenes y deseos, sino que tomámos las armas unos contra otros. Habia cierta obscuridad; era la contienda entre Generales esclarecidísimos: muchos dudaban, cuál era lo mejor; muchos, qué les convenia mas; muchos, qué era lo mas decoroso; y algunos tambien, qué era lo que se podia hacer. Salió la república

fortunâ inflammaret odium suum, sed bonitate leniret: nec omnes, quibus iratus esset, eosdem etiam exilio, aut morte dignos judicaret. Arma ab aliis posita, aliis erepta sunt. Ingratus est, injustusque civis, qui armorum periculo liberatus animum tamen retinet armatum; ut etiam ille sit melior, qui in acie cecidit, qui in causa animam profudit: quæ enim pertinacia quibusdam, eadem aliis constantia videri potest. Sed jam omnis fracta dissensio est armis, & extincta æquitate victoris: restat, ut omnes unum velint, qui modò habent aliquid non solùm sapientiæ, sed etiam sanitatis. Nisi te, C. Cæsar, salvo, & in ista sententia, quæ cum antea, tum hodie vel maximè, usus es, manente, salvi esse non possumus. Quare omnes te, qui hæc salva esse volumus, & hortamur, & obsecramus, ut vitæ, ut salutis tuæ consulas: omnesque tibi, ut pro aliis etiam loquar, quod de me ipse sentio, quoniam subesse aliquid putas, quod cavendum sit, non modò excubias, & custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus & corporum pollicemur.

Sed,

de esta lastimosa, y fatal guerra, venció el que no habia de cebar con la victoria el fuego de su aborrecimiento, sino que antes le habia de apagar con su bondad, y el que no á todos aquellos, con quienes estuviese airado, los habia de juzgar por eso dignos de destierro, ó muerte. Unos dejaron las armas, á otros se las quitaron. Es ingrato, é injusto el ciudadano, que librado del peligro de las armas todavía conserva el ánimo armado: de manera que aun obró mejor el que murió en campo de batalla, y el que dió la vida en el partido: porque lo que á unos parece pertinacia, puede parecer á otros constancia. Pero ya se quebrantó con las armas, y se estinguió del todo con la equidad del vencedor toda discordia: resta el que quieran una misma cosa todos los que tienen no solo alguna prudencia, sino tambien algun juicio. Sino es viviendo tú, C. César, y permaneciendo en ese modo de pensar, que ya antes, y hoy mas que nunca, has manifestado, somos perdidos. Por lo cual todos los que deseamos, y queremos que se mantenga este Estado, te exhortamos y pedimos, que mires por tu vida, y conservacion: y todos te prometemos (para decir tambien por los otros lo que de mí mis-

11 Sed, unde est orsa, in eodem terminetur oratio. Maximas tibi omnes gratias agimus, C. Cæsar, majores etiam habemus. Nam omnes idem sentiunt, quod ex omnium precibus & lacrymis sentire potuisti. Sed, quia non est stantibus omnibus necesse dicere, à me certè dici volunt: cui necesse est quodammodo, & quòd volunt, & quòd, M. Marcello à te huic ordini populoque Romano & reipublicæ reddito, præcipuè id à me fieri debere intelligo. Nam lætari omnes, non ut de unius solùm, sed ut de communi omnium salute, sentio.

Quod autem summæ benevolentiaë est, (quæ mea erga illum omnibus semper nota fuit, ut vix C. Marcello, optimo & amantissimo fratri, præter eum quidem cederem nemîni) cùm id solitudine, curâ, labore tamdiu præstiterim, quamdiu est de illius salute dubitatum: certè
hoc

mo siento) por cuanto piensas que tienes de que guardarte, no solo serte centinelas y hacerte la guardia, sino escudarte con nuestros costados y cuerpos.

EPÍLOGO.

II Pero termínese mi oracion en lo mismo, por donde comenzó. Dámoste, ó César, todos muchísimas gracias con la boca, y aun mas con los corazones. Todos, digo: porque todos sienten lo mismo, como pudiste conocer por las súplicas, y llanto universal. Pero, porque no es necesario que todos se levanten á hablar, quieren á lo menos que lo haga yo por todos, pues me es en cierta manera necesario, así porque ellos lo quieren, como porque en la restitucion de M. Marcelo á este órden, al pueblo romano, y á la república, juzgo que es particular obligacion mia el hacerlo. Porque veo que todos se alegran no como por la salud de uno solo, sino como por la comun de todos.

Mas, habiendo yo hecho todo el tiempo, que ella estuvo en duda, con sollicitud, cuidado y afan, lo que corresponde á un cariño estremado, (el cual todos conocieron siempre en mí hácia él, en tanto grado, que apenas cedia en esto á C. Marcelo el mejor, y mas amante hermano, y fuera de este á ninguno)

cier-

hoc tempore magnis curis, molestiis, doloribus liberatus, præstare debeo. Itaque, C. Cæsar, sic tibi gratias ago, ut omnibus me rebus à te non conservato solum, sed etiam ornato, tamen ad tua innumerabilia in me unum merita, quod fieri jam posse non arbitrabar, maximus hoc tuo facto cumulus accesserit.

ciertamente en este tiempo, en que he quedado libre de grandes cuidados, molestias y sentimientos, debo tambien señalarme en dar las gracias. Y así, C. César, te las doy tan afectuosas, como pide el que, despues de haberme tú no solo conservado, sino tambien honrado en un todo, has colmado ahora con esta accion hasta no caber mas los innumerables beneficios, que me habias hecho, cosa que no pensaba que ya fuese posible.

ORACION

EN DEFENSA

DE QUINTO LIGARIO.

ARGUMENTO.

*V*encidos los Pompeyanos por César en Africa, se le concedió la vida á Ligario, que habia ido á aquella provincia en tiempo de paz, y, comenzando la guerra civil, se habia enredado en ella. Habiendo vuelto César á Roma, estando Ligario desterrado fuera de Italia, é intercediendo por él con César sus hermanos y parientes, y tambien C. Pansa, y M. Ciceron, Q. Elio Tuberon, (á quien junto con su padre no habia dejado Ligario tomar puerto en el Africa tres años antes) le acusó ante César de haber usurpado el gobierno de Africa á favor de Pompeyo. Ciceron le defendió, confesando la culpa, disculpándole, é interponiendo ruegos. Pomponio el jurisconsulto da á esta oracion el título de

de la mas hermosa. El efecto de ella fué que César perdonó á Ligario, aunque se habia sentado á oír á Ciceron ya resuelto á condenarle. Dijo esta oracion Ciceron el mismo año, que la antecedente. Quien repare en las muchas alabanzas, que da Ciceron á César en esta oracion, y en la pasada, y las coteje con las que dió despues á sus matadores Bruto, Casio y los demas, á primera vista creerá descubre en Ciceron inconstancia, y falta de valor. Mas, si se reflexiona, y mira bien la cosa, se verá que alaba á César en lo bueno, y en lo malo mira á sus disculpas. Y por otra parte, cuando sufocó la conjuracion de Catilina, y empeñó al senado en la guerra contra M. Antonio, acreditó que no le acobardaban ningunos riesgos, cuando con su valor podia ser útil á la república.

Novum crimen, C. Cæsar, & ante hunc diem inauditum propinquus meus ad te Q. Tubero detulit, Quintum Ligarium in Africa fuisse: idque C. Pansa, præstanti vir ingenio, fretus fortassè ea familiaritate, quæ est ei tecum; ausus est confiteri. Itaque, quò me veritam, nescio. Paratus enim veneram, cum tu id neque per te scires, neque audire aliunde potuisses, ut ignoratione tua ad hominis miseri salutem abuterer. Sed, quoniam diligentiam inimici investigatum est, quod latebat, confitendum est, ut opinor: præsertim, cum meus necessarius C. Pansa fecerit ut id jam integrum non esset: omissaque controversiam, omnis oratio ad misericordiam tuam conferenda est, quam plurimi sunt conservati, cum à te non liberationem culpæ, sed errati veniam, impetravissent.

Habes igitur, Tubero, quod est accusatori maximè optandum, confitentem reum; sed tamen ita confitentem, se in ea parte fuisse, qua te, Tubero, qua virum omni laude dignum, patrem tuum.

Ita.

E X O R D I O.

Con una acusacion nueva, y hasta el dia de hoy nunca oida, vino á tí, C. César, mi pariente Q. Tuberon, es á saber, de que Q. Ligario se habia hallado en Africa: y el caso es que se atrevió á confesarlo C. Pansa, sugeto de sobresaliente ingenio, confiado acaso en la familiaridad, que contigo tiene. Y así no sé á qué parte volverme. Porque en el supuesto de que tú no habias sabido esto por tí, ni podido oirlo á otro, venia aparejado á aprovecharme de esta tu ignorancia para salvar á un infeliz. Pero ya que por el cuidado del enemigo se ha descubierto lo que estaba oculto, juzgo por preciso el confesarlo; y especialmente cuando mi amigo C. Pansa ha cerrado la puerta con su confesion á este recurso: y así dejándonos de disputas, todo mi discurso se ha de dirigir á tu misericordia, que salvó la vida á muchísimos, que consiguieron de tí no la absolucion de la culpa, sino el perdon del yerro.

Tienes, pues, Tuberon, la cosa que mas puede desear un acusador, que es un reo confeso; pero que confiesa en términos, que él estuvo en donde tú, Tuberon, y en donde tu padre, hombre por cierto digno de toda alabanza.

Itaque prius de vestro delicto confiteamini necesse est, quàm Ligarii ullam culpam reprehendatis.

2 Q. igitur Ligarius, cùm esset adhuc nulla belli suspicio, legatus in Africam cum C. Considio profectus est: qua in legatione & civibus & sociis ita se probavit, ut decedens Considius provinciâ satisfacere hominibus non posset, si quemquam alium provinciæ præfecisset. Itaque Q. Ligarius, cùm diu recusans nihil profecisset, provinciam accepit invitus: cui sic præfuit in pace, ut & civibus & sociis gratissima esset ejus integritas, & fides. Bellum subito exarsit; quod, qui erant in Africa, antè audierunt geri, quàm parari. Quo audito, partim cupiditate inconsiderata, partim cæco quodam timore, primò salutis, post etiam studii sui, quærebant aliquem ducem; cùm Ligarius, domum spectans & ad suos redire cupiens, nullo se implicari negotio passus est. Interim P. Attius Varus, qui prætor Africam obtinuerat, Uticam venit. Ad eum statim concursus est. Atque ille non mediocri cupiditate arripuit imperium, si illud imperium esse potuit, quod

Y así es necesario que confeseis vuestro delito antes que reprehendais alguna culpa en Ligario.

2 *Q. Ligario pues, cuando aun no habia ninguna sospecha de guerra, partió para el Africa con el proconsul C. Considio en calidad de su lugar-teniente: en cuyo encargo mereció tal aprobacion, tanto á los ciudadanos, como á los aliados, que al salir Considio de su provincia no podia dar gusto á la gente, si no le dejaba por gobernador interino. Y así Q. Ligario, no habiendo aprovechado nada escusándose largo tiempo, tomó contra su voluntad el gobierno: el que desempeñó de manera, que ciudadanos, y aliados estaban muy satisfechos de su integridad, y rectitud. Encendióse de repente la guerra: la cual los que estaban en Africa primero oyeron que se estaba haciendo, que supiesen que se preparaba. Cuando tuvieron noticia de ella, parte por una ambicion inconsiderada, parte por un temor ciego, primero por su conservacion, despues tambien por satisfacer á sus deseos, buscaban alguno, que hiciese de cabeza. Entonces Ligario con la vista en su casa, y deseando volver á los suyos, no permitió que le enredasen en ningun negocio. Entre tanto llegó á Utica P. Acio Varo, que ha-*
bia

quod ad privatum clamore multitudinis imperitæ nullo publico consilio deferre batur. Itaque Ligarius, qui omne tale negotium cuperet effugere, paulum adventu Vari conquievit.

Adhuc, C. Cæsar, Q. Ligarius omni culpa vacat. Domo est egressus, non modò nullum ad bellum, sed ne ad minimam quidem suspicionem belli: legatus in pace profectus in provincia pacatissima ita se gessit, ut ei pacem esse expediret. Profectio certè animum tuum non debet offendere. Num igitur remansio? Multò minùs. Nam profectio voluntatem habuit non turpem, remansio etiam necessitatem honestam. Ergo hæc duo tempora carent crimine: unum, cum est legatus profectus, alterum, cum efflagitatus à provincia præpositus Africæ est.

Tertium est tempus, quo post ad-
ven-

bia tenido el gobierno de Africa en calidad de pretor. Luego acudieron á él de todas partes, y él tomó con no poca ansia el mando de las armas: si así se puede llamar el que dió á un particular el clamor de una multitud ignorante, sin ningun acuerdo, ó determinacion pública. Y así Ligario, que deseaba huir el cuerpo á todo negocio de esta calidad, descansó un poco con la llegada de Varo.

Hasta ahora, C. César, aun está Ligario libre de toda culpa. Salió de su casa cuando no solo no habia guerra ninguna, sino ni aun la mas leve sospecha de ella: y habiendo salido por teniente del proconsul en tiempo de paz, procedió de manera en una provincia, donde esta florecia, que le tenia cuenta que continuase. De la partida ciertamente no puedes darte por sentido, ¿podrás acaso de la detencion? mucho menos: porque la partida fué voluntaria, aunque con un fin no malo; mas la estada fué necesaria, y honesta. Luego no hay culpa en estos dos tiempos, en el que fué por lugar-teniente, y en el que á instancia de la provincia fué puesto por gobernador interino de Africa.

PROPOSICION.

Resta el tercer tiempo, en que se detuvo
en

ventum Vari in Africa restitit. Quod si est crimosum, necessitatis crimen est, non voluntatis. ; An ille, si potuisset illic ullo modo evadere, Uticæ potius, quàm Romæ; cum P. Attio, quàm cum concordissimis fratribus; cum alienis esse, quàm cum suis maluisset? ; Cùm ipsa legatio plena desiderii ac sollicitudinis fuisset propter incredibilem quemdam fratrum amorem; hic æquo animo esse potuit distractus à fratribus?

3 Nullum igitur habes, Cæsar, adhuc in Q. Ligario signum alienæ à te voluntatis. Cujus ego causam, animadvertite, quæso, qua fide defendam, cùm prodo meam. ; O clementiam admirabilem, atque omni laude, prædicatione, litteris, monumentisque decorandam! ; M. Cicero apud te defendit, alium in ea voluntate non fuisse, in qua se ipsum confitetur fuisse! nec tuas tacitas cogitationes extimescit: nec, quid tibi de alio audienti de seipso occurrat, reformidat.

Vide, quàm non reformidem: vide,
quan-

en Africa despues de la llegada de Varo. Y si aquí hay culpa, es una culpa de necesidad, no de voluntad. ¿Por ventura, si él hubiera podido de algun modo escapar de allí, hubiera querido mas estar en Utica, que en Roma; antes con P. Acio, que en compañía de unos hermanos tan unidos; mas con los extraños, que con los propios? Cuando la misma legacía habia sido toda ella una pura ansia, y cuidado por el increíble amor que estos hermanos se tienen, ¿pudo este estar con gusto apartado de ellos con la guerra?

CONFIRMACION.

3 No tienes pues hasta ahora ninguna señal de desafecto hácia tu persona en Quinto Ligario: cuya causa, repara, te suplico, con qué confianza la defiende yo, cuando estoy haciendo traicion á la mia. ¡Ó clemencia admirable, y digna de ser honrada con todo género de alabanzas y ponderaciones, en escritos y monumentos! M. Ciceron defiende ante tí, que otro no tuvo el deseo, que él mismo confiesa que tuvo: y no teme lo que tú puedes pensar, ni se le da cuidado de lo que á tí te ocurra del mismo, cuando le oyes hablar de otro.

Mira cuan sin temor estoy: mira qué

quanta lux liberalitatis, & sapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur. Quantum potero, voce contendam, ut hoc populus Romanus exaudiat. Suscepto bello, Cæsar, gesto etiam ex magna parte, nulla vi coactus, iudicio ac voluntate ad ea arma profectus sum, quæ erant sumpta contra te. ; Apud quem igitur hoc dico? nempe apud eum, qui cùm hoc sciret, tamen me, antequam vidit, reipublicæ reddidit: qui ad me ex Ægypto litteras misit, ut essem idem, qui fuisset: qui, cùm ipse imperator in toto imperio populi Romani, unus esset, esse me alterum passus est: quo, hoc ipso C. Pansa mihi nuntium perferente, concessos fasces tenui, quoad tenendos putavi: qui mihi tum denique se salutem putavit dare, si eam nullis spoliata ornamentis dedisset.

Vide, quæso, Tubero, ut qui, de meo facto non dubitem dicere, de Ligarii non audeam confiteri. Atque hæc propterea de me dixi, ut mihi Tubero, cùm de se eadem dicerem, ignosceret. Cujus ego industriæ gloriæque faveo, vel propter propinquam cognationem, vel quòd
ejus

golpe de luz me da tu liberalidad y sabiduría, estando hablando ante tí. Esforzaré la voz, cuanto pueda, para que oiga esto el pueblo romano. Comenzada la guerra, César, y aun ya hecha en gran parte, sin que me obligase ninguna fuerza, por mi parecer, y de mi espontanea voluntad, me fuí al partido, que habia tomado las armas contra tí. ¿Mas ante quién digo yo esto? dígolo ante el mismo, que, sabiendo esto, con todo eso me restituyó á la república antes de verme: que desde Egipto me escribió que continuase en el estado, que antes: que, siendo el único General actual, que habia en todo el imperio del pueblo romano, permitió que yo le acompañase en esta honra: que me concedió mantenerme con las fasces laureadas todo el tiempo, que juzgué las debia mantener, de lo cual este mismo C. Pansa me trajo la noticia: que finalmente pensó, que me conservaba, si me conservaba con todos mis honores.

Considera, te suplico, Tuberon, como no me atreveré á confesar el hecho de Ligario, cuando no dudo hablar del mio. Y esto lo he dicho de mí para que Tuberon no se me enojase, cuando dijese lo mismo de él. Yo miro con buenos ojos su industria, y gloria, ó bien por el cercano parentesco, ó bien por el gusto, que

ejus ingenio, studiisque delector, vel quòd laudem adolescentis propinqui existimo etiam ad meum aliquem fructum redundare. Sed hoc quæro, ¿ quis putet esse crimen, fuisse in Africa Ligarium? nempe is, qui & ipse in eadem Africa esse voluit, & prohibitum se à Ligario queritur, & certè contra ipsum Cæsarem est congressus armatus. ¿ Quid enim, Tubero, districtus ille tuus in acie Pharsalica gladius agebat? ¿cujus latus ille mucro petebat? ¿ qui sensus erat armorum tuorum? ¿ quæ tua mens? ¿ oculi? ¿ manus? ¿ ardor animi? ¿ quid cupiebas, quid optabas? nimis urgeo: commoveri videtur adolescens: ad me revertar. Iisdem in armis fui.

4 ¿ Quid autem aliud egimus, Tubero, nisi, ut, quod hic potest, nos possemus? ¿ Quorum igitur impunitas, Cæsar, tuæ clementiæ laus est, eorum ipsorum ad crudelitatem te acuet oratio? Atque in hac causa nonnihil equidem, Tubero, etiam tuam, sed multò magis patris tui prudentiam desidero: quòd homo, cùm ingenio, tum etiam doctrinâ excellens, genus hoc causæ quod esset, non viderit. Nam, si vidisset, quovis profectò, quam

recibo de su talento y estudio, ó tambien por juzgar, que me redunda á mí algun provecho de la alabanza de un jóven mi pariente. Mas pregunto no obstante, ¿quién es este, que piensa que fué delito en Ligario haber estado en Africa? ¿quién? justamente el mismo, que pretendió estar tambien en ella, y se queja de que Ligario se lo embarazó: uno que ciertamente empleó las armas contra el mismo César. Porque ¿qué hacia aquella tu espada desenvainada en la batalla de Farsalia? ¿á qué costado se dirigia aquella punta? ¿cuál era el obgeto de tus armas? ¿cuál tu intencion? ¿ojos? ¿manos? ¿el ardor del ánimo? ¿qué querias? ¿qué deseabas? mucho aprieto: parece que lo siente mucho el mozo: volveré á mí, en el mismo egército me hallé.

4 Y ¿qué otra cosa pretendíamos, Tuberon, sino el poder nosotros lo que este puede? ¿Es posible pues, César, que te han de inducir con sus persuasiones á crueldad aquellos mismos, cuya impunidad es gloria de tu clemencia? Y en esta causa echo menos, Tuberon, tu prudencia; aunque la tuya no tanto; mucho mas la de tu padre: porque, siendo hombre de aventajado ingenio y doctrina, no ha visto qué genero de causa fuese este: pues á haberlo conocido, de cualquiera otra manera hubie-
ra

quàm isto modo, à te agi maluisset. Arguis fatentem. Non est satis. Accusas eum, qui causam habet, aut, ut ego dico, meliorem, quàm tu; aut, ut tu vis, parem.

Hæc non modò mirabilia sunt, sed prodigii simile est quod dicam. Non habet eam vim ista accusatio, ut Q. Ligarius condemnetur, sed, ut necetur. Hoc egit civis Romanus ante te nemo. Externi isti sunt mores. Usque ad sanguinem incitari solet odium aut levium Græcorum, aut immanium barbarorum. ; Nam, quid aliud agis? ; Ut Romæ ne sit? ; ut domo careat? ; ne cum optimis fratribus, ne cum hoc T. Broccho, avunculo suo, ne cum ejus filio, consobrino suo, ne nobiscum vivat? ; ne sit in patria? ; Num est? ; num potest magis carere his omnibus, quàm caret? Italiâ prohibetur, exulat. Non tu ergo hunc patriâ privare, quâ caret, sed vitâ, vis. At istud ne apud eum quidem dictatorem, qui omnes, quos oderat, morte multabat, quisquam egit isto modo. Ipse jubebat occidi, nullo postulante: præmiis etiam invitabat. Quæ tamen crudelitas ab hoc eodem aliquot annis post, quem tu nunc crudelem esse vis,

ra querido mas que tú procedieras, que de esa, con que procedes. Acusas á uno, que confiesa: no es bastante; acusas á uno, cuya causa es, á mi entender, mejor que la tuya; segun tú quieres, igual.

Estas á la verdad son cosas bien estrañas; pero lo que voy á decir parece cosa de portento. No vale esa acusacion para que se condene como quiera á Ligario, sino para que se le quite la vida. Esto hasta hoy no lo pretendió ningun ciudadano romano. Costumbres son esas estrañas: hasta la muerte solo se suele incitar el odio, ó de los ligeros Griegos, ó de los bárbaros inhumanos. Porque, ¿qué otra cosa pretendes? ¿qué no esté en Roma? ¿que carezca de su casa? ¿que no viva con sus muy buenos hermanos, con este T. Brocho, hermano de su madre, con el hijo de este, su primo, y con nosotros? ¿que no esté en la patria? ¿pues qué acáso lo está? ¿acáso puede carecer mas de todas estas cosas que lo que carece? no se le deja entrar en la Italia: está desterrado. No quieres pues privarle de la patria, de la que ya carece, sino de la vida. Mas eso no lo pretendió ninguno de ese modo ni aun con aquel dictador, (1) que á todos los que aborrecia condenaba á muerte: el mismo los mandaba matar, sin que nadie le hiciese instancia.

vis, vindicata est.

5 Ego verò istud non postulo, inquires. Ita mehercule existimo, Tubero. Novi enim te, novi patrem, novi domum nomenque vestrum: studia denique generis ac familiarum vestrarum, virtutis, humanitatis, doctrinae, plurimarum artium atque optimarum, nota sunt mihi omnia. Idque certò scio, vos non petere sanguinem: sed parum attenditis. Res enim eò spectat, ut eam poenam, in qua adhuc Q. Ligarius sit, non videamini esse contenti. Quæ est igitur alia præter mortem? Si enim in exilio est, sicuti est, quid aliud postulatis? An, ne ignoscatur? Hoc verò multò acerbius, multòque est durius. Quod nos domi petimus precibus & lacrymis prostrati ad pedes non tam nostræ causæ fidentes, quàm hujus humanitati, id ne impetremus, pugnabis? & in nostrum fletum irrumpes? & nos jacentes ad pedes supplicum voce prohibebis?

Si, cum hoc domi faceremus, quod
&

cia: y aun convidaba é incitaba á los matadores con premios: (2) cuya crueldad sin embargo fué algunos años despues vengada (3) por este mismo, á quien tú quieres hacer cruel.

5 *Mas yo, dirás, no pretendo esto. Así lo creo á fe mia, Tuberon, porque te conozco á tí, conozco á tu padre, conozco vuestra casa, y nombre, y finalmente á todo vuestro linage y familia, dada á la virtud, humanidad, é instruccion en muchísimas, y las mejores artes: todo esto lo tengo yo bien conocido. Y así sé de cierto, que vosotros no pretendéis su muerte: pero no lo reflexionais bien. Porque lo que la cosa da á entender es que no os dais por contentos con la pena, que Q. Ligario está padeciendo. ¿Qué otra pues hay, sino la muerte? Porque, si está desterrado, como lo está, ¿qué mas pedis? ¿Acáso, que no se le perdone? Pues esto aun es cosa mucho mas terrible, y dura: ¿qué te has de empeñar tú en el foro en que no consigamos lo que en su casa pedimos á este con súplicas y lágrimas, postrados á sus pies, no tanto confiando en nuestra causa, como en su humanidad? ¿qué? ¿has de venir á interrumpir nuestro llanto? ¿y nos has de impedir que echados á sus pies le espongamos rendidos nuestras súplicas?*

Si estando haciendo esto en su casa, como lo

& fecimus, & ut spero, non frustrâ fecimus, tu de repente irrupisses, & clamare coepisses: C. Cæsar, cave ignoscas, cave te fratrum pro fratris salute obsecrantium misereatur, ; nonne omnem humanitatem exuisses? ; Quanto hoc durius, quod nos domi petimus, id à te in foro oppugnari? ; et in tali miseria multorum perfugium misericordiæ tollere?

Dicam planè, C. Cæsar, quod sentio. Si in hac tanta tua fortuna lenitas tanta non esset, quantam tu per te, per te, inquam, obtines, (intelligo quid loquar) acerbissimo luctu redundaret ista victoria. ; Quàm multi enim essent de victoribus, qui te crudelem esse vellent, cùm etiam de victis reperiantur? ; quàm multi, qui, cùm à te nemini ignosci vellent, impedirent clementiam tuam, cùm etiam ii, quibus ipse ignovisti, nolint te in alios esse misericordem?

Quod si probare Cæsari possemus, in Africa Ligarium omninò non fuisse: si honesto & misericordi mendacio saluti civi calamitoso esse vellemus: tamen hominis non esset, in tanto discrimine &

hicimos, y segun yo espero, no en vano, tú hubieras entrado de repente con furia, y comenzado á decir á gritos: cuidado, C. César, cuidado, no le perdones: cuidado no te compadezcas de los hermanos, que te piden la vida del hermano: ¿no te habrias desnudado por entero de la humanidad? ¿pues cuánto mas dura cosa es que tú te opongas en el tribunal á lo que nosotros pretendemos en casa, y quites el asilo de la misericordia en una tal miseria, y de tantos?

Diré lisa y llanamente, C. César, lo que siento: si á esta tan gran fortuna tuya no acompañara una tan gran blandura, como la que tú por tí mismo tienes, por tí, digo (bien sé lo que me digo) mucho que llorar hubiera dado esa victoria. Porque ¿cuántos habria entre los vencedores, que te hubieran querido cruel, hallándose aun entre los vencidos? ¿cuántos se hallarian, que, queriéndote implacable para con todos, embarazarian tu clemencia, cuando aun aquellos, á quienes tú perdonaste, no quieren que uses de misericordia con otros?

Si pudiéramos hacer creer á César, que Ligario no habia estado en Africa de ninguna manera: si con una mentira honesta y compasiva, quisiéramos mirar por la vida de un infeliz ciudadano: aun en es-

periculo civis refellere & coarguere nostrum mendacium : & , si esset alicujus, ejus certè non esset, qui in eadem causa & fortuna fuisset. Sed tamen aliud est errare Cæsarem nolle, aliud nolle miseri. Tu diceres : cave, Cæsar, credas : fuit in Africa Ligarius : tulit arma contra te. ; Nunc quid dicis ? cave ignoscas. ; Hæcne hominis ad hominem vox est ? quâ qui apud te, C. Cæsar, utetur, suam citiùs abjiciet humanitatem, quam extorquebit tuam.

6 Ac primus aditus, & postulatio Tuberonis, hæc, ut opinor, fuit, velle se de Q. Ligarii scelere dicere. Non dubito, quin admiratus sis, vel quòd de nullo alio quisquam, vel quòd is, qui in eadem causa fuisset, vel quid novi facinoris afferret. ; Scelus tu illud vocas, Tubero ? ; cur ? isto enim nomine illa adhuc causa caruit. Alii errorem appellant : alii timorem : qui duriùs, spem, cupiditatem, odium, pertinaciam : qui gravissimè, temeritatem : scelus, præter te, adhuc
ne-

te caso no seria cosa propia de un hombre, en tan gran peligro y riesgo de un ciudadano contradecir, y convencer nuestra mentira: y ya que en alguno cupiese, á lo menos no en quien hubiese seguido el mismo partido, y corrido la misma suerte. Pero con todo una cosa es, no querer que César yerre, y otra no querer que tenga misericordia. Entonces dirias: mira César, no le creas: que Ligario se halló en el Africa, y tomó contra tí las armas. ¿Mas ahora qué dices? mira no le perdones. Esto ni es para decirlo un hombre, ni para decirse á hombre: y quien te lo diga á tí, C. César, antes se desnudará á sí de la humanidad, que logrará despojarte á tí de la tuya.

6 Y á mi parecer la primera entrada y acusacion de Tuberon fué esta, que queria hablarte de la maldad de Ligario. No dudo que te admirarias, ó porque de ningun otro te habia hablado nadie, ó porque lo hacia el que habia seguido el mismo partido: ó que aguardarias admirado que te llevaria de nuevo. ¿Maldad llamas tú, Tuberon, el hecho de Ligario? ¿por qué? pues hasta ahora no se le dió tal nombre: unos le dan el de error, otros el de temor; otros mas rigurosos dicen, que á los de aquel partido arrastraron las

nemo. Ac mihi quidem, si proprium & verum nomen nostri mali quæeratur, fatalis quædam calamitas incidisse videtur, & improvidas hominum mentes occupavisse, ut nemo mirari debeat, humana consilia divinâ necessitate esse superata.

Liceat esse miseros, quamquam hoc victore esse non possumus; sed non loquor de nobis: de illis loquor, qui occiderunt. Fuerint cupidi, fuerint irati, fuerint pertinaces: sceleris verò crimine, furoris, paricidii, liceat Cn. Pompeio mortuo, liceat multis aliis carere. ; Quando hoc quisquam ex te, Cæsar, audivit? ; aut tua quid aliud arma voluerunt, nisi à te contumeliam propulsare? ; quid egit tuus ille invictus exercitus, nisi ut suum jus tueretur & dignitatem tuam? ; Quid? ; tu cum pacem esse cupiebas, idne agebas, ut tibi cum sceleratis, an ut cum bonis civibus conveniret?

Mihi verò, Cæsar, tua in me maxima merita tanta certè non viderentur, si
me,

esperanzas, la ambicion, el odio y tema: los mas terribles le graduan de temeridad: de maldad ninguno sino tú. Y á mí á la verdad, si se va á buscar el propio, y verdadero nombre de nuestro mal, me parece que fué una fatal desgracia, que sobrecogió, y preocupó los entendimientos de los hombres sin advertirlo: de manera que ninguno debe espantarse de que los consejos humanos hayan quedado vencidos del irrevocable decreto de los hados.

Déjesenos ser infelices, aunque con tal vencedor no lo podemos ser; mas no hablo de nosotros, hablo de los que murieron. Hayan enhorabuena sido ambiciosos, hayan sido coléricos, hayan sido obstinados; pero concédase á Cn. Pompeyo (4) ya muerto, concédase á otros muchos, no pasar por malvados, furiosos y parricidas. ¿Cuándo oyó esto de tu boca ninguno? ¿qué otra cosa pretendieron tus armas, sino repeler la (5) afrenta? ¿Qué hizo, ó procuró aquel tu invicto ejército, sino el mantener su derecho, (6) y tu dignidad? ¿Qué? ¿tú, cuando deseabas que hubiese paz, tratabas de ajustarte con unos perversos, ó con unos buenos ciudadanos?

Yo de mí sé decir, César, que los señaladísimos favores, que me hiciste, ciertamente

me, ut sceleratum, à te conservatum putarem. ; Quomodò autem tu de republica benè meritus esses, si tot sceleratos incolumi dignitate esse voluisses? ; secessionem tu illam existimavisti, Cæsar, initio, non bellum: non hostile odium, sed civile dissidium, utrisque cupientibus rempublicam salvam; sed partim consiliis, partim studiis à communi utilitate aberrantibus. Principum dignitas erat penè par: non par fortassè eorum, qui sequebantur: causa tum dubia, quòd erat aliquid in utraque parte, quod probari posset: nunc melior certè ea judicanda est, quam etiam dii adjuverunt. Cognitâ verò clementiâ tuâ, ; quis non eam victoriam probet, in qua occiderit nemo, nisi armatus?

7 Sed, ut omittam communem causam, veniamus ad nostram: ; utrùm tandem existimas facilius fuisse, Tubero, Ligario ex Africa exire, an vobis in Africam non venire? ; Poteramusne, inquit, cum senatus censuisset? Si me consulis, nullo modo. Sed tamen Ligarium senatus idem le-
ga-

mente no me parecerian tan grandes, si juzgá-
 ra que me habias conservado como á un mal-
 vado. Y ¿cómo serias tú un sugeto benemérito en
 la república, si hubieras querido conservar en
 su entera dignidad á tantos hombres malos?
 Division la juzgaste tú aquella, César, no
 guerra: no odio de enemigos, sino disension en-
 tre ciudadanos, que deseaban unos y otros la
 salud del estado; mas se apartaban del inte-
 rés público, ya por el modo de pensar, ya por
 sus particulares afectos. La dignidad de los
 caudillos venia á ser casi igual; no lo era aca-
 so la de sus partidarios: (7) la causa entonces
 era dudosa; porque en ambos partidos habia
 algo que se podia hacer ver que era bueno:
 mas ahora sin duda se debe juzgar por mejor
 aquella en cuyo favor se declararon los mis-
 mos dioses. Y vista tu clemencia, ¿quién no
 tendrá por justa una victoria, en que nin-
 guno murió, sino con las armas en la ma-
 no?

7 Pero dejemos la causa comun: y venga-
 mos á la nuestra. ¿Cuál de estas dos cosas te
 parece á tí que fué mas facil, el salir Ligario
 de Africa, ó no ir vosotros á ella? ¿Por ven-
 tura, dirás, podíamos dejar de hacerlo, ha-
 biéndolo decretado el senado? Si me lo pregun-
 tas á mí, digo que de ninguna manera. Pero

gaverat. Atque ille eo tempore paruit, cum parere senatui necesse erat; vos tum paruitis, cum paruit nemo, qui noluit. ; Reprehendo igitur? minimè verò. Neque enim licuit aliter vestro generi, nomini, familiæ, disciplinæ. Sed hoc non concedo, ut, quibus rebus gloriemini in vobis, easdem in aliis reprehendatis.

Tuberonis sors conjecta est ex senatusconsulto, cùm ipse non adesset, morbo etiam impediretur: statuerat se excusare. Hæc ego novi propter omnes necessitudines, quæ mihi sunt cum L. Tuberone. Domi unâ eruditi, militiæ contubernales, post affines, in omni denique vita familiares. Magnum etiam vinculum, quòd iisdem studiis semper usi sumus. Scio igitur Tuberonem domi manere voluisse. Sed ita quidam agebant, ita reipublicæ sanctissimum nomen opponebant, ut, etiamsi aliter sentiret, verborum tamen ipsorum pondus sustinere non posset. Cessit auctoritati amplissimi viri, vel potius paruit. Unâ est profectus cum iis, quorum erat una causa. Tardiùs iter fecit. Itaque in Africam venit jam occupatam.

Hinc

sin embargo tambien á Ligario le habia enviado este por legado, y con la circunstancia, de que él le obedeció en un tiempo, en que era preciso obedecerle; y vosotros le obedecisteis, cuando solo obedeció el que quiso. ¿Os reprehendo por eso? en ninguna manera; porque no cabia otra cosa en vuestra sangre, nombre, familia y crianza. Pero no os pasaré el que reprehendais en otros lo mismo, de que vosotros haceis vanagloria.

6 Porque he aquí que el dia primero de junio, para el que habia mandado que concurriésemos, ya estaba todo mudado: nada se hacia por medio del senado: él por sí solo determinaba en muchos asuntos, y de importancia, y sin dar parte al pueblo, y contra su voluntad. Los cónsules nombrados decian que no se atrevian á concurrir al senado: nuestros libertadores carecian de aquella ciudad, de cuya cerviz habian quitado el yugo de la servidumbre, en medio de que los mismos cónsules en las juntas del pueblo, y en todas las conversaciones los alababan. Los que se llamaban veteranos, por quienes este orden habia mirado con el mayor cuidado, eran incitados no á la conservacion de lo que ya tenian, sino á nuevas esperanzas. Queriendo pues yo mas oír, que ver semejantes desórdenes, teniendo facultad para ir de legado (5) á donde quisiese, me marché, con ánimo de estar aquí para el primero de enero, (6) en que parecia que comenzaria á juntarse el senado.

7 Os espuse, P. C., el motivo de mi partida: ahora os espondré brevemente el de la vuelta, en que hay mas que admirar. Ha-
bien-

Brundusium, iterque illud, quod tritum in Græciam est, non sine causa vitavisssem, Kal. Sextilibus veni Syracusas, quod ab urbe ea transmissio in Græciam laudabatur: quæ tamen mihi urbs conjunctissima plus una me nocte cupiens retinere non potuit: veritus sum, ne meus repentinus ad meos necessarios adventus suspicionis aliquid afferret, si essem commoratus. Cùm autem me ex Sicilia ad Leucopetram, quod est promontorium agri Rhegini, venti detulissent, ab eo loco conscendi, ut transmitterem: nec ita multùm proventus rejectus austro sum in eum ipsum locum, unde conscenderam.

8 Cùmque intempesta nox esset, mansissemque in villa P. Valerii comitis, & familiaris mei, postridieque apud eundem ventum spectans manerem, municipes Rhegini complures ad me venerunt, ex his quidam Româ recentes, à quibus primùm accipio M. Antonii concionem, quæ ita mihi placuit, ut ea lecta de reversione primùm coeperim cogitare: nec multò post edictum Bruti affertur, & Casii, quod quidem mihi, fortassè quòd eos etiam plus
rei-

biendo evitado no sin causa el ir á Brindisi, y tomar aquel camino, que es el trillado para pasar á la Grecia, llegué el primero de agosto á Zaragoza, porque se decia que era bueno el paso desde aquella ciudad á la Grecia: la cual, aunque deseó por la estrechísima conexion, que conmigo tiene, detenerme allí, no lo pudo conseguir sino por sola una noche; porque recelé no diera mi repentina llegada alguna sospecha á mis amigos, si me detuviere. Mas habiéndome llevado los vientos desde Sicilia á Leucopetra, que es un promontorio del territorio Regino, me embarqué para desde allí pasar á la Grecia: y, habiendo navegado un poco, el austro me volvió á echar al mismo parage, donde me habia embarcado.

8 Siendo á deshora de la noche, habiéndome quedado en la granja de mi compañero y amigo, P. Valerio, y estándome tambien con él el dia siguiente esperando viento, fueron á verme muchos ciudadanos de Regio, y algunos de ellos, que acababan de llegar de Roma, y de estos recibo primeramente la arenga (7) de M. Antonio, que me gustó tanto, que acabada de leer comencé desde luego á pensar en mi vuelta: y no mucho despues me llevaron el edicto (8)

de

reipublicæ, quàm familiaritatis gratia diligo, plenum æquitatis videbatur. Addebant præterea (fit enim plerumque, ut ii, qui boni quid volunt afferre, affingant aliquid, quo faciant id, quod nuntiant, lætius) rem conventuram: Kal. Sextilibus senatum frequentem fore: Antonium, repudiatis malis suasoribus, remissis Galliis provinciis, ad auctoritatem senatus esse rediturum.

9 Tum verò tanta sum cupiditate incensus ad reditum, ut mihi nulli neque remi neque venti satisfacerent: non quò me ad tempus occursurum putarem, sed ne tardiùs, quàm cuperem, reipublicæ gratularer. Atque ego celeriter Velliam devectus Brutum vidi: quanto meo dolore non dico: turpe mihi ipsi videbatur, in eam urbem me audere reverti, ex qua Brutus excederet, & ibi velle tutò esse, ubi ille non posset. Neque verò illum similiter, atque ipse eram, commotum esse vidi: erectus enim maximi ac pulcherrimi facti conscientia, nihil de suo casu,
mul-

de Bruto y Casio, que á la verdad me parecia del todo equitativo, acaso por el amor, que les tengo mas aun por causa de la república, que en fuerza de nuestra amistad. Añadian tambien (porque sucede ordinariamente, que los que quieren dar alguna buena noticia, ponen algo de su casa, para hacerla mas alegre) que las cosas se compondrian; que el primero de agosto seria numerosa la concurrencia de los senadores al senado: que Antonio, habiendo dado de mano á los malos consejeros, y dejado lo de (9) los gobiernos de las Galias, volveria á seguir la autoridad del senado.

9 Entonces de verdad entré en tan ardientes deseos de volver, que no habia remos, ni vientos, que me satisfaciesen: no porque pensase llegar á tiempo, sino para no darle el parabien á la república mas tarde de lo que queria. Y llegado con celeridad á Velia, vi á Bruto: con quanto dolor mio, no lo digo: á mí mismo me parecia cosa vergonzosa atreverme yo á volver á quella ciudad, de donde salia Bruto, y querer estar con seguridad en parte, en que él no pudiese. Y no vi por cierto que á él le hiciese esto la impresion que á mí: porque alentado con el testimonio, que le daba su conciencia de

multa de nostro querebatur.

10 Ex quo primùm cognovi, quæ Kalendar. Sextilibus in senatu fuisset L. Pisonis oratio; qui quamquam parum erat, (id enim ipsum à Bruto audieram) à quibus debuerat, adjutus; tamen & Brutii testimonio, (quo; quid potest esse gravius?) & omnium prædicatione, quos postea vidi, magnam mihi videbatur gloriam consecutus. Hunc igitur ut sequer, properavi, quem præsentibus non aut secuti: non, ut proficerem aliquid (neque enim sperabam id, neque præstare poteram), sed, ut, si quid mihi humanitùs accidisset, (multa autem impendere videbantur præter naturam etiam, præterque fatum) hujus tamen diei vocem testem reipublicæ relinquerem meæ perpetuæ erga se voluntatis.

11 Quoniam utriusque consilii causam, P. C., probatam vobis esse confido, prius quàm de republica dicere incipio, pauca querar de hesterna M. Antonii injuria, cui

haber ejecutado una accion la mas grande y mas bella, no se lastimaba nada de su desgracia, sí mucho de la nuestra.

10 Por él tuve la primera noticia del razonamiento, que hizo Lucio Pison (10) en el senado el primero de agosto: el cual, aunque habia sido poco ayudado de los que debia; (lo cual tambien me habia dicho Bruto) sin embargo así por testimonio del mismo (que no le puede haber mas grave), como por los elogios de todos los que despues vi, me parecia que habia conseguido mucha gloria. Me di prisa pues, para seguir á este, á quien no siguieron los que estaban presentes: no porque aprovechase algo (porque esto ni lo esperaba, ni podia salir á ello), sino para que, si me sucediese algo, como á hombre, (muchos riesgos amenazaban al parecer, aun fuera de lo natural, y de la providencia ordinaria) quedase en lo que hoy diga un testigo á la república del perpetuo cariño, que le he tenido siempre.

PARTE SEGUNDA.

21 Por quanto confio, P. C., que habreis aprobado la causa de una, y otra resolucion, antes de comenzar á hablar acerca de la república, daré algunas quejas de la

cui sum amicus; idque nonnullo ejus officio debere esse præ me semper tuli. Quid tandem erat causæ, cur in senatum hesterno die tam acerbè cogerer? solusne aberam? an non sæpè minùs frequentes fuistis? an ea res agebatur, ut etiam ægrotos deferri oporteret? Annibal, credo, erat, ad portas, aut de Pyrrhi pace agebatur; ad quam causam etiam Appium illum & cæcum & senem delatum esse memoriæ proditum est. De supplicationibus referebatur; quo in genere senatores deesse non solent.

12 Coguntur enim non pignoribus, sed eorum, quorum de honore agitur, gratia: quod idem fit, cùm de triumpho refertur. Ita sine cura consules sunt, ut penè liberum sit senatori non adesse; qui cùm mihi mos notus esset, cùmque de via languerem, & mihimet displicerem, nisi pro amicitia, qui hoc ediceret. At ille, vobis audientibus, cum fabris se domum meam venturum esse dixit: nimis iracundè hoc quidem, & valdè intemperanter. Cujus enim maleficii ista poena est, ut dicere in hoc ordine auderet, se publicis ope-

injuria, que ayer me hizo M. Antonio, del cual soy amigo, y siempre llevé por delante que lo debía ser por alguna obligacion, (11) que le tengo. ¿Qué causa habia para precisarme ayer con tanto rigor á asistir al senado? ¿era yo solo el que faltaba? ¿no fuisteis muchas veces menos? ¿se trataba acaso de un negocio tal, que se debiesen traer hasta los enfermos? Sin duda que estaba Anibal á las puertas, ó se trataba de la paz de Pirro, para el cual negocio leemos que se trajo tambien á aquel Apio, sin embargo de estar ciego, y ser viejo. El asunto era sobre accion de gracias, que es de aquellos, para que no suelen faltar los senadores.

12 *Porque obligan á asistir, no las prendas, sino el deseo de favorecer á los sujetos, de cuya honra se trata: lo que sucede tambien cuando se trata sobre algun triunfo. Tan sin cuidado estan los cónsules, que casi está á arbitrio del senador asistir, ó no asistir. Sabiendo yo esta costumbre, y hallándome fatigado del camino, y disgustado conmigo mismo, le envié en fuerza de mi amistad un recado, escusándome con esto. Mas él en vuestra presencia dijo que iria á mi casa con albañiles: habló ciertamente con demasiada ira, y sobradamente*

te

operis disturbaturum publicè ex senatus sententia ædificatam domum? ; quis autem unquam tanto damno senatorem coegit? ; aut quid est ultra pignus, aut multam? qui, si scisset, quam sententiam dicturus essem, remisisset aliquid profectò de severitate cogendi.

13 ; An me censetis, P. C., quod vos inviti secuti estis, decreturum fuisse, ut parentalia cum supplicationibus miscerentur? ; ut inexpiabiles religiones in rempublicam inducerentur? ; ut decernerentur supplicationes mortuo? Nihil dico cui. Fuerit ille L. Brutus, qui & ipse regio dominatu rempublicam liberavit, & ad similem virtutem & simile factum stirpem propè in quingentesimum annum propagavit; adduci tamen non possem, ut quemquam mortuum conjungerem cum deorum immortalium religione; ut, cujus sepulchrum nusquam extet, ubi parentetur, ei publicè supplicetur. Ego verò eam sententiam dixissem, Patres conscripti, ut me adversus populum Romanum, si quis accidisset gravior reipublicæ casus, si bellum,

te destemplado. Porque ¿á qué delito se dá este castigo, de atreverse á decir aqui que demoleria con los peones de la ciudad una casa edificada á sus espensas de acuerdo del senado? ¿Quién jamás obligó á concurrir á ningun senador á tanta costa? ¿ó qué hay para esto mas que prenda ó multa? y si él hubiera sabido qué dictamen habia yo de dar, á buen seguro que no hubiera estado tan riguroso para hacerme asistir.

13 ¿Acáso juzgais, P. C., que yo habia de ser de parecer, como vosotros forzados lo fuisteis, de que se juntasen las honras funerales (12) con la accion de gracias? ¿qué se introdujesen en la república unas supersticiones, (13) para las que no haya espiacion? ¿que se decretasen acciones de gracias á un muerto? No digo nada de á quien. Fuese él aquel Lucio Bruto, (14) que no solo libertó á la república de la potestad real, sino que estendió su descendencia hasta casi quinientos años para imitar el mismo valor y el mismo hecho; sin embargo no podria reducirme á dar á ningun muerto el culto de los dioses inmortales, á votar que se le hagan rogativas á uno, que ni sepulcro tiene en que hacerle las honras funerales. En verdad que yo hubiera dado, P. C., un parecer, que me pu-
die-

lum, si morbus, si fames, facile possem defendere: quæ partim jam sunt, partim timeo ne impendeant. Sed hoc ignoscant dii immortales velim & populo Romano, quid id non probat, & huic ordini, qui decrevit invitus.

14 Quid de reliquis reipublicæ malis? licetne dicere? mihi verò licet, & semper licebit, dignitatem tueri, mortem contemnere. Potestas modò veniendi in hunc locum sit; dicendi periculum non recuso. Atque ; utinam, P. C., Kalend. Sextilibus adesse potuissem! non quo profici potuerit aliquid, sed, ne unus modò consularis, quod tum accidit, dignus illo honore, dignus republica inveniretur. Qua quidem ex re magnum accipio dolorem, homines amplissimis populi Romani beneficiis usos L. Pisonem ducem optimæ sententiæ non secutos. Idcircone nos populus Romanus consulares fecit, ut in altissimo, amplissimoque gradu dignitatis locati rempublicam pro nihilo haberemus? Non medò voce nemo L. Pisoni consularis, sed ne vultu quidem assensus est.

Quæ

diese defender facilmente con el pueblo Romano en caso que le viniese á la república algun desastre, guerra, peste ó hambre: los cuales males parte ya se padecen, (15) parte temo que amenazan. Mas quisiera que los dioses inmortales perdonaran esto, así al pueblo Romano, que no lo aprueba, como á este orden senatorio, que lo acordó contra su voluntad.

14 ¿Y qué diré de los demas males del Estado? ¿se puede sobre esto hablar? mas yo sí que puedo, y siempre podré sostener mi dignidad, y despreciar la muerte. Déjeseme venir á este puesto, y no rehusó el peligro de hablar. ¡Y ojalá, P. C., que hubiera podido asistir el primero de agosto! no porque se hubiera podido adelantar cosa alguna, sino para que no sucediera lo que entonces sucedió, que uno solo entre los que habian sido cónsules se hallase digno de aquel honor, y digno de la república. De lo cual ciertamente recibo un gran sentimiento, de que unos sugetos, que han recibido del pueblo Romano las mayores honras, no hayan seguido á Lucio Pison, autor del mejor parecer. ¿Para esto nos hizo cónsules el pueblo Romano, para que colocados en el grado mas alto y distinguido, no hiciésemos caso alguno del Estado? No solo

15 Quænam (malum) est ista voluntaria servitus? fuerit quædam necessaria: nec ego hoc ab omnibus iis desidero, qui sententiam loco consulari dicunt. Alia causa est eorum, quorum silentio ignosco; alia eorum, quorum vocem requiro: quos quidem doleo in suspicionem populo Romano venire, non metu, quod ipsum est turpe, sed alium alia de causa deesse dignitati suæ.

16 Quare primùm maximas gratias & habeo, & ago L. Pisoni, qui non, quid efficere posset in republica, cogitavit, sed, quid ipse facere deberet: deinde à vobis, P. C., peto, ut, etiam si sequi minus audebitis orationem, atque auctoritatem meam, benignè tamen me, ut fecistis adhuc, audiatis. Primùm igitur acta Cæsaris servanda censeo: non quod probem (quis enim id quidem potest?), sed, quia rationem habendam maximè arbitror pacis, & otii. Vellem adesset Antonius, modò sine advocatis. Sed, ut opinor, licet ei minùs valere, quod mihi heri per illum non lice-

ce-

no asintió ninguno de estos al parecer de L. Pison de palabra, mas ni aun con el semblante.

15 ¿Qué servidumbre (¡mal pecado!) es esta voluntaria? En hora buena que en algunos haya sido necesaria: ni yo pido esto á todos los del grado consular, que dicen aquí su dictamen. Una cosa son aquêllos, á cuyo silencio perdono, y otra aquellos, cuya voz echo menos: lo que siento á la verdad que se hagan sospechosos al pueblo romano, de que faltan á lo que pide su dignidad, no por miedo, lo cual no deja de ser vergonzoso, sino por otras causas, unos por una, y otros por otra.

16 Por lo cual primeramente doy muchísimas gracias, y estoy sumamente agradecido á L. Pison, que no pensó en lo que él podia en la república, sino en lo que debia hacer: y despues os pido, P. C., que, aunque no os atrevais á seguir mi dictamen, sin embargo me oigais con benignidad, como lo habeis hecho hasta ahora. Primeramente pues soy de parecer de que se deben guardar los decretos de César; no porque los apruebo (porque ¿quién los puede aprobar?), sino porque soy de dictamen de que se atienda ante todas cosas á la paz y sosiego. Quisiera que se hallara aquí Antonio, como fuera sin

cebat. Doceret me, vel potiùs vos, P. C., quemadmodum ipse Cæsaris acta defenderet. ; An in commentariolis, & chirographis, & libellis se uno auctore prolatis, ac ne prolatis quidem, sed tantummodò dictis, acta Cæsaris firma erunt? ; quæ illæ in æs incidit, in quo populi jussa, perpetuasque leges esse voluit, pro nihilo habebuntur?

17 Equidem sic existimo, nihil tam esse in actis Cæsaris, quàm leges Cæsaris. ; An, si cui quid ille promisit, id erit fixum? quod idem facere non potuit, ut multis multa promissa non faceret, quæ tamen multò plura reperta sunt illo mortuo, quàm vivo beneficia per omnes annos tributa, & data. Sed ea non muto: non moveo: summo etiam studio præclara illius acta defendo: pecunia utinam ad ædem Opis maneret, cruenta illa quidem, sed his temporibus, cùm illis, quorum est, non redditur, necessaria; quamquam ea quoque sit effusa, si ita in actis ejus fuit.

padrinos. Mas, segun me parece, él puede estar indispuerto, lo que no queria ayer permitirme á mí. Diríame, ó por mejor decir, os diria á vosotros, P. C., en qué forma defendia él los acuerdos de César. ¿Por ventura tendrán firmeza los que solo se hallan en libremos de memoria, apuntamientos de su puño, memoriales presentados, y autorizados por él solo, y ni aun presentados, sino solo nombrados: y los que César grabó en bronce, en que quiso que estuvieran los del pueblo, y las leyes perpetuas, esos no valdrán nada?

17 Yo por mí así lo entiendo, que los principales decretos de César son las leyes de César. ¿Acáso, si él prometió á alguno alguna cosa, esto ha de valer? cuando él mismo no pudo evitar el no hacer muchas promesas á muchos, las cuales con todo se hallaron muchas mas despues de su muerte, que las gracias concedidas, y hechas en todos los años de su vida. Pero no altero nada en este punto: no toco á nada: aun defendiendo con el mayor empeño sus esclarecidos decretos: ojalá estuviera todavia el dinero (16) junto al templo de Opis, que, aunque ensangrentado, era necesario en estos tiempos, ya que no se vuelve á sus dueños: aunque en
ho-

18 ; Ecquid est, quod tam propriè dici possit actum ejus, qui togatus in re publica cum potestate imperioque versatus sit, quàm lex? quære acta Gracchi: leges Semproniae proferentur: quære Syllae: Corneliae. ; Quid? ; C. Pompeii tertius consulatus in quibus actis consistit? nempe in legibus. A Cæsare ipso si quæres, quidnam egisset in urbe, & toga; leges multas responderet se & præclaras tulisse: chirographa verò aut mutaret, aut non daret, aut, si dedisset, non istas res in actis suis duceret. Sed ea ipsa concedo: quibusdam in rebus etiam conniveo: in maximis rebus, id est legibus, acta Cæsaris dissolvi, ferendum non puto.

19 ; Quæ lex melior, utilior, optima in re publica sæpiùs flagitata, quàm ne prætoriae provinciae plus quàm annum, neve plus quàm biennium consulares, obtinerentur? ; Hac lege sublata, videntur ne vobis acta Cæsaris servari? ; quid? ; ea lege, quæ promulgata est de tertia decuria

hora buena que este tambien se haya desperdi-
ciado, si así lo decretó él.

18 ¿Hay cosa, que tan propiamente se
pueda llamar decreto de uno, que en paz tu-
vo en la república el poder, y el mando de
los ejércitos, como la ley? Busca los decretos
de Graco: te sacarán las leyes Sempronias:
busca los de Sila, te sacarán las leyes Cor-
nelias. ¿Qué? ¿el tercer consulado de C. Pom-
peyo á qué decretos se reduce? solo á las
leyes. Si al mismo César le preguntaras, qué
habia hecho en la ciudad en tiempo de paz,
te responderia que muchas, y excelentes le-
yes: mas los membretes, ó los mudaria, ó
no concederia lo que en ellos prometia, ó si
lo concediese, no contaria esas cosas entre
sus decretos. Pero aun esto concedo yo: y
aun en algunas cosas condesciendo: mas que
en las de mayor importancia, esto es, en las
leyes, se anulen los decretos de César, eso
no lo juzgo sufrible.

19 ¿Qué ley mejor, mas útil, mas de-
seada en la mejor república que la de que
no tuviesen los gobiernos los pretores mas
de un año, y los cónsules mas que dos?
¿Abrogada esta ley os parece que se con-
servan los decretos de César? ¿y qué? ¿con
aquella (17) ley, que se promulgó acer-

ria Judicium, nonne omnes judicariæ leges Cæsaris dissolvuntur? & vos acta Cæsaris defenditis, qui leges ejus evertitis? nisi fortè, si quid memoriæ causa retulit in libellum, id numerabitur in actis, & quamvis iniquum, & inutile sit, defendetur: quod ad populum centuriatis comitiis tulit, id in actis Cæsaris non habebitur.

20 ;At quæ est ista tertia decuria? Centurionum, inquit. ; Quid? ; isti ordini judicatus lege Julia, etiam antè Pompeja, Aurelia, non patebat? Census præfiniebatur, inquit: non Centurioni quidem solùm, sed equiti etiam Romano. Itaque viri fortissimi, atque honestissimi, qui ordines duxerunt, res & judicant, & judicaverunt. Non quæro, inquit, istos: quicumque ordinem duxit, judicet. At, si ferretis, quicumque equo meruisset, quod est laudatius, nemini probaretis; in Judice enim spectari & fortuna debet & dignitas. Non quæro, inquit, ista: addo etiam judices manipulares ex legione Alaudarum: aliter enim nostri negant posse se salvos esse. ; O contumeliosum honorem iis, quos ad judi-

can-

ca de la tercera decuria de jueces, no se destruyen todas las leyes judiciarias de César? ¿y vosotros decís que defendeis los decretos de César, cuando abolís sus leyes? sino que acaso se haya de contar por decreto suyo, si escribió alguna cosa en su libro de memoria para acordarse, y se ha de defender, por injusto, é inutil, que sea: y lo que hizo establecer al pueblo congregado en centurias, eso no se ha de tener por decreto suyo.

20 ¿Mas qué viene á ser esa tercera decuria? la de los centuriones, dice. ¿Pues qué á esos no se les admitia á la judicatura por la ley Julia, y aun antes por la de Pompeyo, y por la de Aurelio? se señalaba la renta, dice: eso no solo al centurion, sino tambien al caballero romano. Y así son, y han sido jueces hombres de muchísimo esfuerzo y honradez, que fueron centuriones. No busco, dice, esos: cualquiera que haya sido centurion, sea juez. Pues á fe, que si propusierais ley para que lo fuese cualquiera, que hubiese servido en la caballería, que es mas honor, á ninguno hallariais, que lo aprobase; porque en el juez se debe atender el estado y la dignidad. No busco, dice, eso: añado tambien por jueces á los alfére-

candum nec opinantes vocatis! hic enim est legis index, ut ii in tertia decuria judicent, qui liberè judicare non audeant: in quo ; quantus est error, dii immortales, eorum, qui istam legem excogitaverunt! ut enim quisquam sordidissimus videbitur, ita libentissimè severitate judicandi sordes suas eluet: laborabitque ut honestis decuriis potiùs dignus videatur, quàm in turpes jure conjectus.

21 Altera promulgata lex est, ut & de vi, & de majestate damnati ad populum provocent, si velint: ; hæc utrum tandem lex est, an legum omnium dissolutio? ; quis enim est hodie, cujus intersit istam legem manere? nemo reus est istis legibus; nemo est, quem futurum putemus: armis enim gesta numquam profectò in judicium vocabuntur. At res popularis. Utinam quidem vellet is aliquid esse populare: omnes enim jam cives de reipublicæ salute una & mente & voce consentiunt. ; Quæ est igitur ea cupiditas
ejus

ces de los manípulos de la legion de los *Alaudas*: (18) porque de otra suerte dicen los nuestros que no pueden estar seguros. ¡O honor ignominioso para los que, sin ellos pensarlo, buscáis para jueces! Porque lo que indica la ley es, que juzguen en la tercera *decuria* los que no se atrevan á juzgar libremente: en lo cual ¡cuán errados van, dioses inmortales, los que discurrieron esta ley! porque segun la indignidad de cada uno, así será mayor el empeño de limpiar sus inmundicias con la severidad en el juzgar; y trabajará á fin de parecer antes digno de entrar en las *decurias* honradas, que echado con razon en las ignominiosas.

21 Otra ley se promulgó para que apelen al pueblo, si quieren, los que hayan sido condenados por delitos de violencia, y *læsæ majestatis*. ¡Esta, pregunto, es ley, ó destruccion de todas las leyes? porque ¿quién hay hoy á quien importe que se observe? Ninguno es reo por esas leyes; ni pensamos que haya ninguno en lo sucesivo: porque lo que se hizo con las armas, sin duda nunca se llevará á juicio. Mas es cosa del agrado del pueblo. Ojalá que este quisiera que hubiera siquiera algo del gusto de él; porque ya todos los ciudadanos piensan de una manera,

ejus legis ferendæ, quæ turpitudinem summam habeat, gratiam nullam? ; quid enim turpius, quàm, qui majestatem populi Romani per vim minuerit, eum damnatum judicio ad eam ipsam vim reverti, propter quam sit jure damnatus?

22 ; Sed quid plura de lege disputo? quasi verò id agatur, ut quisquam provocet: id agitur, id fertur, ne quis omnino unquam istis legibus reus fiat. ; Quis enim aut accusator tam amens reperietur, qui, reo condemnato, objici se multitudini conductæ velit? ; aut judex, qui reum damnare audeat, ut ipse ad operas mercenarias statim protrahatur? Non igitur provocatio ista lege datur; sed duæ maximè salutares leges, quæstionesque tolluntur. ; Quid est igitur aliud, quàm adhortari adolescentes, ut turbulenti, ut seditiosi, ut perniciosi cives velint esse? ; quàm autem ad reipublicæ pestem furor tribunitius impelli non poterit, his duabus quæstionibus de vi, & de majestate sublatis?

; Quid

y hablan en la misma conformidad sobre la salud del Estado. ¿Á qué pues esta ansia de hacer una ley, que encierra en sí suma infamia, y no tiene ninguna aceptación? porque ¿qué cosa mas deshonrosa, que el que ofendió la magestad del pueblo Romano con la violencia, despues de condenado en juicio, vuelva á aquella misma violencia por la que fué justamente condenado?

22 ¿Pero á qué fin decir mas sobre esta ley? como si se tratara de que alguno apelase: lo que se trata, lo que se propone, es que nunca ninguno sea acusado por esas leyes. Porque ¿qué acusador se hallará tan loco, que quiera despues de condenado el reo esponerse á la furia de una multitud comprada? ¿ni qué juez, que se atreva á condenar al reo para verse llevar por fuerza al punto á poder de unos asesinos pagados? No se concede pues con esa ley la apelacion, sino que lo que se hace es quitar dos leyes y pesquisas, sumamente provechosas. Pues esto ¿qué otra cosa es, sino exhortar á los jóvenes, á que quieran ser sediciosos, alborotadores y perniciosos? ¿y cuán pestífero al Estado podrá ser el furor de los tribunos de la plebe, faltando estas dos leyes sobre los delitos de fuerza, y læsæ majestatis?

23 ; Quid, quod abrogantur his leges Cæsaris, quæ jubent ei, qui de vi, itemque ei, qui majestatis damnatus sit, aqua, & igni interdici? quibus cum provocatio datur, ; nonne acta Cæsaris scinduntur? Quæ quidem ego, P. C., qui illa nunquam probavi, ita conservanda concordia causa arbitratus sum, ut non modò, quas vivus Cæsar leges tulisset, infirmandas hoc tempore non putarem; sed ne illas quidem, quas post mortem Cæsaris prolatas esse, & fixas videtis.

24 De exilio reducti sunt à mortuo: civitas data non solùm singulis, sed etiam nationibus, & provinciis universis à mortuo: immunitatibus infinitis sublata vectigalia à mortuo. Ergo hæc uno viro optimo auctore domo prolata defendimus: ; eas leges, quas ipse, vobis inspectantibus, recitavit, pronuntiavit, tulit, quibus latis gloriabatur, iisque legibus rempublicam contineri putabat, de provinciis, de judiciis, eas inquam, Cæsaris leges nos, qui defendimus acta Cæsaris, avertendas putabimus?

23 Y ¿qué diremos al ver que con esto se abrogan las leyes de César, que mandan desterrar á los que han sido condenados por estos delitos? Concediéndoles á estos apelacion al pueblo, ¿no se anulan los decretos de César? sobre los cuales á la verdad, Padres Conscriptos, yo que nunca los aprobé, con todo he sido de parecer por conservar la paz y concordia, de que no solo se debian conservar las leyes, que él hizo en vida; mas aun las que despues de su muerte veis sacadas y fijadas.

24 Del destierro han sido restituidos muchos por el difunto: no solo á particulares, sino á naciones, y provincias enteras, fué concedido el derecho de la ciudad por el difunto: con infinitas exenciones fueron quitados los tributos por el difunto. Con que todas estas cosas sacadas de los papeles del muerto segun el dicho de un hombre muy de bien, las defendemos: ¿y las leyes, que el mismo César á vuestra presencia leyó, pronunció y promulgó, de cuya promulgacion se gloriaba, y en las que pensaba él, que consistia el bien, y la utilidad pública; estas leyes de César digo sobre los Gobiernos, y juicios, hemos de pensar en abrogar nosotros, que defendemos los decretos de César?

25 Ac de iis tamen legibus, quæ promulgatæ sunt, saltem queri possumus; de iis, quæ jam latæ dicuntur, ne illud quidem licuit: illæ enim nulla promulgatione latæ sunt, antequàm scriptæ. Quærunt, quid sit, cur, aut ego, aut quisquam vestrum, P. C., bonis tribunis plebis, leges malas metuat: paratos habemus, qui intercedant: paratos, qui rempublicam religione defendant: vacui metu esse debemus. ; Quas tu mihi, inquit, intercessionem, quas religiones nominas? eas scilicet, quibus reipublicæ salus continetur. Negligimus ista, & nimis antiqua, & stulta ducimus: forum sepietur, omnes claudentur aditus; armati in præsidiis multis in locis collocabuntur.

26 ; Quid tum? ; quod erit ita gestum, id lex erit, & in æs incidi jubebitis? cedo illa legitima: Consules populum jure rogaverunt (hoc enim à majoribus acceptum jus rogandi), populusque jure scivit: ; qui populus? ; isne, qui exclusus est? ; quo jure? ; an eo, quod vi, & armis omne sublatum est? Atque ego hoc dico
de

25 Y sin embargo de estas leyes, que se han promulgado, podemos á lo menos quejarnos: mas de las que se dice, que están ya hechas, ni aun esto pudimos: porque estas fueron hechas sin ninguna promulgacion antes de escribirse. Preguntan qué motivo hay, para que yo, ó cualquiera de vosotros, P. C., tema las leyes malas, habiendo unos tribunos de la plebe buenos: tenemos aparejados sugetos, que se opongan; tenemos aparejados quienes con la religion defiendan la república: debemos estar sin miedo. ¿Con qué oposiciones me vienes tú? ¿qué religion es esa, que me dices? son las oposiciones, y la religion, en que consiste el bien del estado. Ya no hacemos caso de eso; esas cosas son veje-ces y necesidades: será cercada la plaza: se cerrarán todas las bocas-calles, y se apostará gente armada de guardia en muchos puestos.

26 ¿Y entonces qué? ¿lo que se hiciere en esta forma, eso será ley, y lo mandaréis grabar en bronce? ¿y dónde están aquellas solemnidades; los cónsules lo propusieron al pueblo debidamente (porque este modo de proponer con arreglo á las leyes nos han dejado nuestros mayores), y el pueblo, usando de su derecho, lo decretó? ¿Qué pueblo, pre-
gun-

de futuris, quod est augurum, antedice-
re ea, quæ vitari possunt; quæ si facta
non erunt, refelletur oratio mea. Loquor
de legibus promulgatis, de quibus est in-
tegrum vobis: demonstro vitia; tollite:
denuntio vim, arma; removete.

27 Irasci te quidem mihi, Dolabella,
pro republica dicenti non oportebit: quam-
quam te quidem id facturum non arbi-
tror: novi enim facilitatem tuam. Colle-
gam tuum ajunt in hac sua fortuna, quæ
bona ipsi videtur, mihi, ne gravius quip-
piam dicam, avorum, & avunculi sui
consulatum si imitaretur, fortunatior vi-
deretur: sed eum iracundum audio factum.
Video autem, quàm sit odiosum habere
iratum eundem, & armatum, cùm tanta
præsertim gladiatorum sit impunitas. Sed pro-
ponam jus, ut opinor, æquum; quod M.
Antonium non arbitror repudiaturum. Ego
si

gunto yo? ¿el que fué excluido? ¿con qué derecho? ¿acáso con el que la fuerza, y las armas desterraron enteramente? Yo hablo en esto sobre las cosas futuras: que es propio de los agoreros el decir de antemano lo que se puede evitar, y en caso que no sucediese, vengo en que se me desmienta. Os hablo de leyes promulgadas, sobre las cuales estais á tiempo de hacer lo que os parezca: os muestro sus tachas; quitadlas: os anuncio fuerza, armas; alejadlas.

PARTE TERCERA.

27 No será razon, Dolabela, que tí te enojas conmigo, porque hablo á favor de la república: aunque de tí á la verdad no creo que lo hagas: porque conozco tu mansedumbre. De tu colega dicen, que en esa su fortuna, que á él le parece buena, y á mí, por no decir otra cosa peor, me parecería mas dichosa, si imitase á sus abuelos, y tio en el consulado, dicen de él, digo, que se ha hecho iracundo. Veo cuan mala cosa es tener contra sí al que está armado, especialmente cuando es tan grande la impunidad de las espadas. Pero propondré un partido á mi parecer justo; el cual no me pa-
re-

si quid in vitam ejus, aut in mores contumeliosè dixerò, quo minùs mihi inimicissimus sit, non recusabo: sin consuetudinem meam, quam semper in republica habui, tenuero, id est, si liberè, quæ sentiam, de republica dixerò, primùm deprecor, ne irascatur; deinde, si hoc non impetro, peto, ut sic irascatur, ut civi. Armis utatur, si ita necesse est, ut dicit, sui defendendi causa; iis, qui pro republica, quæ ipsis visa erunt, dixerint, ista arma ne noceant. ; Quid hac postulatione dici potest æquius?

28 Quod si, ut à quibusdam mihi ejus familiaribus dictum est, omnis eum, quæ habetur contra voluntatem ejus, oratio graviter offendit, etiamsi nulla insit contumelia, feremus amici naturam. Sed iidem illi ita mecum: non idem tibi adversario Cæsaris licebit, quod Pisoni socero: & simul admonent quiddam, quod cavebimus: nec erit justitior, P. C., in senatum non veniendi morbi causa, quàm mortis.

29 ; Sed per deos immortales! te enim intuens, Dolabella, qui es mihi charis-

si-

rece que desechará M. Antonio. Si yo dijere alguna cosa sobre su vida, y costumbres por afrentarle, vendré gustoso en que sea mi mayor enemigo: mas, si conservare el estilo, que siempre seguí en la república, de decir libremente lo que siento acerca de ella, primeramente le pido, que no se enoje: y en segundo lugar, sino alcanzo esto, que se enoje, pero como con un conciudadano, sin que dañen esas armas á los que dijeren libremente su sentir á favor del Estado, aunque se valga de ellas para su defensa, si así es menester, como él dice. ¿Puede haber cosa mas justa, que esta peticion?

28 Y si, como me han dicho algunos de sus amigos, todo cuanto se habla, que no vaya conforme á su gusto, aunque sea sin afrenta suya, le ofende gravemente, habremos de llevarle el genio al amigo. Mas estos mismos me previenen, que no se me permitirá á mí, que soy contrario de César, lo que á su suegro Pison: y juntamente me advierten, que me guarde, y ande con cuidado, como lo haré, y no será la enfermedad mas justa causa, P. C., para no venir al senado, que la muerte.

29 ¡Pero por los dioses eternos! porque mirándote á tí, Dolabela, á quien amo
en-

simus, non possum de utriusque vestrum errore reticere. Credo enim vos homines nobiles, magna quædam spectantes, non pecuniam, ut quidam nimis creduli suspicantur, quæ semper ab amplissimo quoque, clarissimoque contempta est: non opes violentas, & populo Romano minimè ferendam potentiam: sed caritatem civium, & gloriam concupisse. Ea autem est gloria, laus rectè factorum, magnorumque in rempublicam meritorum, quæ cum optimi cujusque, tum etiam multitudinis testimonio, comprobatur.

30 Dicerem, Dolabella, qui rectè factorum fructus esset, nisi te præter cæteros paulisper esse expertum viderem. Quem potes recordari in vita tibi illuxisse diem lætiores, quàm cum, expiato foro, dissipato concursu impiorum, principibus sceleris pœna affectis, urbe incendio, & cædis metu liberata, te domum recepisti? Quis cuius ordinis, cuius denique fortunæ studia tum laudi, & gratulationi tuæ se non obtulerunt? Quin mihi etiam, quo auctore te in iis rebus, uti ar-
bi-

entrañablemente, no puedo dejar de hablar del error de ambos. Porque creo, que vosotros, como nobles que sois, y que poneis la mira en alguna cosa grande, no os habeis dejado llevar del deseo del dinero, como algunos demasiado crédulos sospechan, porque este siempre le despreció todo hombre grande, y esclarecido: ni del de un poder violento, que en ninguna manera haya de sufrir el pueblo Romano: sino del de ganáros el amor de los ciudadanos, reputacion y gloria. Mas esta gloria es la alabanza de las acciones justas, y de los servicios grandes, que se hicieron al Estado, que se comprueba con el testimonio, no solo de todo hombre de bien, sino tambien de la multitud.

30 *Te diria, ó Dolabela, cual es el fruto que se saca de las acciones buenas, sino vieses que por un poco de tiempo lo has por tí mismo experimentado. ¿Qué dia puedes acordarte que te haya amanecido mas alegre en tu vida, que aquel, en que te volviste á tu casa, despues de limpiar (19) la plaza, dispersar los impíos, que habian concurrido, castigar á los principales autores, y librar á la ciudad del fuego y hierro? ¿qué clase, qué suerte de personas, no se te presentó entonces á darte afectuosa elogios, y enhorabuenas? y aun*

á

bitrabantur, & gratias boni viri agebant, & tuo nomine gratulabantur. Recordare, quæso, Dolabella, consensum illum theatri, cum omnes earum rerum obliti, propter quas tibi fuerant infensi, significaverunt se novo beneficio memoriam veteris doloris abjecisse. ; Hanc tu potuisti, Dolabella, (magno loquor cum dolore) hanc tu, inquam, æquo animo potuisti tantam dignitatem deponere?

31 ; Tu autem, M. Antoni, absentem enim appello, unum illum diem, quo in æde Telluris senatus fuit, non omnibus iis mensibus, quibus te quidam multum à me dissentientes beatum putant, anteponis? ; quæ fuit oratio de concordia? ; quanto metu veterani, quanta sollicitudine civitas tum à te liberata est, cum tuum collegam, depositis inimicitiis, oblitis auspiciorum, te ipso augure nuntiante, illo primum die collegam tibi esse voluisti: tuus parvulus filius in Capitolium à te missus pacis obses fuit?

á mí, por cuyo consejo pensaban que tú te gobernabas en estas cosas, me daban los hombres de bien las gracias, y el parabien en tu nombre. Trae á la memoria, acuérdate, te ruego, ó Dolabela, de aquel consentimiento universal del teatro, cuando todos olvidados de las (20) causas, porque habian estado mal contigo, mostraron que con el nuevo beneficio habian echado en olvido el sentimiento antiguo. ¿Es posible, Dolabela (con gran dolor de mi corazon lo digo), es posible, repito, que te hayas desnudado con serenidad de ánimo de esta tan grande dignidad?

31 ¿Y tú M. Antonio, porque contigo hablo, aunque ausente, no antepones aquel solo dia, en que se juntó el senado en el templo de Telus, á todos estos meses, en que algunos, que piensan de muy distinta manera que yo, te tienen por dichoso? ¿qué discurso aquel sobre la concordia? ¿de cuán gran miedo libraste á los veteranos, y de quanto sobresalto á la ciudad en aquel dia, que fué el primero, en que quisiste, depuesta la enemistad, olvidado de los agüeros, y siendo tú mismo el agorero, que los anunciaba felices, reconocer á tu colega (21) por tal; y en que tuvo la república en rehenes de la paz á tu hijo pequeño, enviado por tí al Capitolio?

32 ; Quo senatus die lætior? ; quo populus Romanus? qui quidem nulla in concione umquam frequentior fuit. Tum denique liberati per viros fortissimos videbamus; quia, ut illi voluerant, libertatem pax sequebatur. Proximo, altero, tertio, denique reliquis consecutis diebus, non intermittebas quasi donum aliquod quotidie afferre reipublicæ. Maximum autem illud, quod dictaturæ nomen sustulisti. Hæc iniusta est à te, à te, inquam, mortuo Cæsari nota ad ignominiam sempiternam. Ut enim propter unius M. Manlii scelus decreto gentis Manliæ neminem patricium M. Manlium vocari licet, sic tu propter unius dictatoris odium, nomen dictatoris funditùs sustulisti.

33 ; Num te, cùm pro salute reipublicæ tanta gessisses, fortunæ tuæ, num amplitudinis, num claritatis, num gloriæ poenitebat? ; Unde igitur subito tanta ista mutatio? Non possum adduci, ut suspicer, te pecunia captum: licet, quod cuique libet, loquatur, credere non est necesse. Nihil enim umquam in te sordidum, nihil humile cognovi; quamquam nihil est

32 ¿En qué día estuvo el senado mas alegre? ¿cuándo mas regocijado el pueblo Romano? el cual jamas concurrió en tanto número á ninguna junta. Entonces por fin nos parecia que habíamos sido puestos en libertad por aquellos esforzadísimos varones: (22) porque, como ellos habian querido, seguia á la libertad la paz. El dia inmediato, el otro, el tercero y finalmente en los demas dias siguientes, no dejabas de hacer cada dia un como regalo á la república, y el mayor de todos, el de haber estinguido el nombre de dictador. Esta nota has puesto tú, tú digo, al difunto César, para eterna deshonra suya. Porque, así como por la maldad de un (23) M. Manlio no puede por decreto de esta familia ningun patricio llamarse Manlio: así tú por el odio de un dictador, aboliste enteramente este nombre.

33 ¿Te pesaba acáso de tu fortuna, habiendo hecho tan grandes servicios á la república? ¿estabas mal hallado en tanta grandeza, en tanto esplendor, en tanta gloria? ¿De dónde pues de repente esa tan grande mudanza? No puedo reducirme á sospechar, que te hayas dejado llevar del dinero: hable cada uno lo que quiera; mas no hay necesidad de creer todo lo que se dice. Ninguna

tam sanctum, quod non soleant domesti-
ci depravare nonnumquam; sed novi fir-
mitatem tuam; atque ;utinam, ut culpam,
sic etiam suspicionem vitare potuisses!

34 Illud magis vereor, ne ignorans
verum iter gloriæ, gloriosum putes, plus
te unum posse, quàm omnes: & metui
à civibus tuis, quàm diligi, malis. Quod
si ita putas, totam ignoras viam gloriæ.
Carum esse civem, benè de republica
mereri, laudari, coli, diligi, gloriosum
est; metui verò, & in odio esse, invi-
diosum, detestabile, imbecillum, cadu-
cum. Quod videmus etiam in fabulis, ip-
si illi, qui, oderint, dum metuant, di-
xerit, perniciosum fuisse. ;Utinam, Anto-
ni, avum tuum meminisses! de quo tamen
multa audisti ex me sæpissimè. ;Putasne
illum immortalitatem mereri voluisse, ut
propter armorum habendorum licentiam me-
tueretur? Illa erat vita, illa secunda for-
tuna, libertate esse parem cæteris, prin-
cipem dignitate. Itaque, ut omittam res
avi tui prosperas, acerbissimum ejus diem
supremum malim, quam L. Cinnæ domi-
natum, à quo ille crudelissimè est inter-
fectus.

Sed

na bajeza, ninguna ruindad he conocido jamas en tí; aunque no hay cosa tan santa, que no suelen algunas veces los domésticos malear: pero tengo conocida tu fortaleza: y ojalá, que hubieras podido evitar la sospecha, como la culpa.

34 Otra cosa temo mas, y es no sea que, ignorando tú el verdadero camino para la gloria, tengas por cosa gloriosa, el poder tú mas que todos, y quieras mas ser temido, que amado de tus conciudadanos. Y si en efecto piensas así, ignoras del todo el camino que guia á la gloria. Esta consiste en ser un ciudadano amado, servir bien á la república, ser alabado, respetado, querido, mas el ser temido y aborrecido, eso es cosa odiosa, detestable, débil y caduca: lo que vemos hasta en las fábulas, que al mismo, que dijo lo de aborrezcan (24) como teman, le acarreó su perdicion. ¡Ojalá, Antonio, te acordaras de tu abuelo! del cual sin embargo me has oido decir muchas cosas muy frecuentemente. ¡Piensas acaso que él quiso hacerse digno de la inmortalidad, para que por la libertad de las armas se le temiese? Aquella sí que era vida, aquella sí que era felicidad, ser en la libertad igual con los otros, y en la dignidad el principal. Y así para no decir

35 ; Sed quid oratione te flectam? Si enim exitus C. Cæsaris efficere hoc non potest ut malis carus esse, quàm metui, nihil cujusquam proficiet, nec valebit oratio. Quem qui beatum fuisse putant, miserrimi ipsi sunt. Beatus est nemo, qui ea lege vivit, ut non modò impunè, sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici possit. Quare flecte te, quæso, & majores tuos respice, atque ita gubernare rempublicam, ut natum te esse cives tui gaudeant: sine quo nec beatus, nec clarus esse, quisquam potest.

36 Et populi quidem Romani judicia multa ambo habetis, quibus vos non satis moveri permolestè fero. ; Quid enim gladiatoribus clamores innumerabilium civium? ; Quid populi concursus? ; quid Pompeii statuæ plausus infiniti? ; quid iis tribunis plebis, qui vobis adversantur? ; parumne hæc significant incredibiliter consentientem

cir nada de los prósperos sucesos de tu abuelo, su acerbísima muerte querria yo mas que el imperio de L. Cinna, por quien él fué cruelísimamente muerto.

35 ¿Pero para qué procuraré moverte con palabras? Porque, si el paradero de C. César no puede hacerte querer ser antes amado, que temido, nada harán, ni valdrán ningunos discursos: el cual César los que juzgan que fué dichoso, son ellos los mas infelices de los hombres. Porque no puede ser dichoso ninguno, que vive sujeto á la ley de poder ser muerto, no como quiera impunemente, sino aun con suma gloria del matador. Por lo cual déjate vencer, te suplico, vuelve los ojos á tus mayores, y gobierna de manera la república, que se alegren tus conciudadanos de que hayas nacido, circunstancia, sin la cual ninguno puede ser ni dichoso, ni esclarecido.

36 Y á la verdad ambos teneis muchos testimonios, de como piensa el pueblo Romano, los cuales mucho siento que no os hagan la impresion que fuera razon. Porque ¿qué significaban aquellos clamores de innumerables ciudadanos en las fiestas de los gladiadores? ¿qué los concursos del pueblo? ¿qué los infinitos aplausos á la estatua de Pompeyo? ¿qué los
que

tem populi Romani universi voluntatem?
 ; Quid ? ; Appollinarium ludorum plausus,
 vel testimonia potiùs, & judicia populi Ro-
 mani vobis parum magna videbantur? ; O
 beatos illos, qui, cùm adesse ipsis propter
